"quantum potest, seu secundum ultimum potentiæ suæ, asignat D. Subt. In 1º Sent. dist. 8. q. 5. ubi ait: Sicut n. ē. in potestate sua agere, et n. agere, ita nec intense, nec remise agere."

57. Causa univoca apellatur, quæ cum suo efectu ē. ejusdem speciei; ut homo ē. causa univoca hominis quem generat. Equivoca verò dicitur, cujus efectus ē. diversæ speciei, ac naturæ ab ipsa causa; sic Deus ē. causa æquivoca eorum quæ producit ad extra, nam sunt alterius naturæ, seu esentiæ. Etiam Sol, qui per suum calorem ē. causa partialis Vegetabilium, animalium, aliarumque multarum rerum, quæ in natura, seu esentia ab eo diferunt. Causa æquivoca apellari quoque solet universalis, quia n. ē determinata ad unum speciei efectum producendum, sed ad plures diversæ speciei extenditur. Univoca verò dicitur particularis, quia n. nisi efectus illius speciei, ac naturæ, cujus ipsa ē. producere valet.

58. Si causa æquivoca fuerit adequata sui efectu semper ē. perfectior, et nobilior suo efectu, ut inquit Doct. in 2º Sent. dist. 25. quest. unica; quia nequit ēē causa totalis, et adequata, nisi formalit. aut eminent. efectus perfectionem contineat; et in ea perfectio efectus formalit. n. sit. Notanter dicit Doct. totalis, et adequata; Nam æquivoca inadequata, et partialis, potest à perfectione efectus deficere, cum n. tota efectus perfectio ab illa profluat; ut constat de Sole, qui licet sit causa æquivoca animalium, cum sit tantum causa partialis, ipsis animalibus ē longè imperfectior. Quibus supositis, sit

Conclusio Unica.

Unus, et idem numerò effectus à duabus simul causis adæquatis ejusdem generis, et ordinis produci nequit.

59. Prob. Unum, et idem numerò ens nequit simul, et semel bis totum produci, sed ita esset, si idem num. efectus à duabus simul causis adæquatis ejusdem generis, et ordinis produceretur; ergo Maj. patet: nam tunc simul, et semel haberet duplicem existentiam, et jam n. esset unum, sed duplex numerò. Min. prob. tunc totus ab una, et totus ab altera simul causa in eodem ordine, et genere causalitatis produceretur; ergo Prob. ant. Si totus ab una, et totus ab altera in eodem tempore n. produceretur, jam illæ singulæ n. essent causæ totales et adequatæ, ergo si in Conclusione suponitur ēē totales, et adequatas, totus ab una, et totus ab altera in eodem tempore produceretur.

Confirmatur: Causa adequata ē. quæ in suo genere, ac ordine totam in se continet rationem, cur efectus sit; sed duæ simul causæ nequeunt singulæ totam in eodem genere, et ordine continere rationem, cur unus, idemque num. efectus existat; ergo Prob. min. Si causarum una continet totam rationem illius existentiæ, altera nullam continet rationem; si continet; ergo altera n. ē. totalis, et adequata; ergo

60. Obj. 1º Deus concurrit immediatè ad omnes, et singulas actiones creaturarum; sed si ita concurrit, tota actio ē. simul à Deo, et tota simul à creatura; ergo conseq.a patet: Nam hæ sunt causæ adæquatæ, quæ singulæ totum efectum producunt. Resp. dist. conseq. Ergò unus et idem efectus producitur simul à duabus causis, aut diversi generis, aut diversi ordinis; conc. ejusdem generis, et ordinis; neg. Deus, et creatura sunt causæ diversi ordinis. Quæstio autem ut diximus ē. de duabus causis ejusdem generis, et ordinis loquitur.

61. Obj. 2º Duo ignes eamdem stupam simul comburunt, sed tunc singuli ignes sunt simul causæ adæquatæ ejusdem efectus, nempè combustionis ejusdem stupæ, ergo Resp. neg. min. Nam idem n. ē. efectus cum plures ignes simul comburunt eamdem stupam, ac foret, si unus tantum ignis combureret. Dum enim plures ignes eamdem stupam comburunt, intensiùs, ac vividius ē. combustio, et citius fit, quam si unus tantum in eamdem stupam ageret. Igitur cum multiplicatis ignibus efectus combustionis augeatur, neque singuli ignes n. causæ adequatæ ejusdem num. efectus.

b

62. Ignes simul agentes in hypotesi n. causæ necesariæ, q. debent singuli agere quantum possunt; s. si agere debent quantum possunt, sunt causæ totales, et adequatæ, q. Resp. neg. subs. Vt enim causa dicatur totalis, et adequata, n. suficit ipsam agere secundum omnem potentiæ suæ virtutem, s. continere debent totam rationem efectus, qui producitur. Singuli autem illi ignes, licet agant quantum possunt, atamen singuli totum efectum n. producunt, ut dictum e. in præcedenti responsione; q. n. s. causæ adequatæ.

63. Obj. 3o. ex Joanne Baptista Du-Hamel Methp. trad. 2o. Disp. 1a q. 3a. ubi opositam sententiam tuetur. Si plures Sacerdotes supra idem vinum, aut eumdem panem proferant Consecrationis verba, eorum quilibet adequatè perficeret Consecrationem, q. quilibet eorum esset causa adequata ejusdem efectus, nempè Consecrationis; q. Resp. neg. ant. Nempè quod singuli Sacerdotes perficerent Consecrationem adequatè: nam nec ipsi propiè, et immediatè perficiunt. Dum Sacerdos profert verba consecrationis transsubstantiationem n. eficit, s. tantum ponit signum, quo posito consequitur ex pacto Divino, seu Deus ipse transsubstantiationem eficit, ut ait Doct. in 4o. Sent. dist. 1a. q. 9a. „Verba consecrationis prolata n. atingunt transsubstantiationem, quæ e. terus principalis hujus Consecrationis, cum illa transsubstantiatio n. fiat nisi virtute Dei infinita; quod æquè patet, l. magis, quam de creatione.„ Quare solus Deus e. causa Phisica transsubstantiationis, et Sacerdotes tantum causæ morales Deum infalibilit. moventes ad eam perficiendam; Deus enim transsubstantiandi, sicut nec creandi virtus creaturæ communicari nequit.

64 Inst. Ergò Sacerdotes illi erunt singuli causæ adequatæ Divinæ motionis. Prob. conseq. Si ab uno tantum proferantur verba consecrationis, eodem modo movetur Deus, ac si ab omnibus simul proferrentur, q. Prob. ant. Deus æquè perfectè, et adequatè in utroque casu transsubstantiationem perficere; q. Resp. neg. conseqm. ad 1. et dist. ant. prob. Deus æquè perfectè in utroque casu transsubstantiationem perficere, s. n. pari complacentia; concedo. Pari omninò complacencia, neg. Sicut Deus magis sibi complacet in oratione plurium simul hominum, quam unius tantum, et similit. in cultu ejus: ita majori complacentia movetur ad agendam transsubstantiationem, si à pluribus simul Sacerdotibus verba consecrationis proferantur. Ideò Sacerdotes n. sunt singuli causæ adequatæ ejusdem motionis, quia diversimodè fiat ab uno, quam à pluribus.

65. Obj. 4o. Juxta communiorem Philosoforum, et Theologorum sententiam, duo corpora possunt divinitus e. in eodem simul loco; s. hoc ipso idem num.o efectus pendere potest à duabus causis ejusdem generis, et ordinis, q. Min prob. Repletio ejusdem numero loci e. à duabus causis adequatis, nempè corporibus; q. Resp. neg. min. Quamvis enim duo corpora Divina virtute essent in eodem loco, n. tamen utrumque corpus totum illum locum repleret; possunt enim e. Divinitus in eodem loco; quia cum repletio loci sit efectus corporis, et Deus quemlibet creaturæ efectum impedire queat, potest sanè Deus eficere, ut corpus sit in loco, quin locum repleat; Impediendo igitur ne unum corpus locum repleat, locus nondum repletus capax e. ut ab alio corpore repleatur, quod pluribi explicat Doct. et pægrextim in lib. 4o. Sent. dist. 49. q. 16. ubi inter alia, quæ dicit de posibilitate corporum in eodem loco, inquit, „Non impedit, quin per potentiam Divinam posit ibi e., quia Deus potest „
„ facere causam naturalem sine suo efectu, sicut potest facere calorem
„ sine calefactione, in illis enim tribus pueris ex Daniele, patet.„

66. Obj. 5o Idem numerò efectus potest sucesivè produci à diversis causis adequatis, q. etiam simul. Prob. ant. Deus in finali resurrectione mortuorum integrum reproducet eadem num.o corpora organica, quæ prius genita fuerant à propiis parentibus; q. Resp. dist. 1m ant. Potest sucesivè produci à duabus causis adequatis, si prius efectus ille destruatur; conc. Si perseverat idem; nego. In finali

itaqᵉ judicio omnes quidq iidem numº. resurgemus, idcirco eodem numº. corpore, quo nunc, donati tunc erimus, juxta illud Job cap. 19. „Scio „quod redemptor meus„ &c. Nam Deus cum sit infinitus, ejus potentia non limitatur ad unam speciem l. numº. effectum; ut enim canit David Psalmo 113. „Omnia quæcumque voluit fecit.„ In quo nulla ē. contradictio. Etenim cum humana illa corpora, quæ Deus reproducet in mortuorum resurrectione, prius sint destructa; nihil obstat ut Deus, qui prius una simul cum creatura corporibus existentiam tribuerat, queat ipse solus eamdem jam sublatam restaurare, ac denuo eam illis tribuere.

Quæstio II.

An admitti queat aliqua mutatio in serie causarum?

67. Hæc quæstio agitari solent in Scholis, ut una ex dificilioribus, et sensus est, an idem numº. effectus, qui nunc ab una causa producitur, potuerit ab alia causa numº. distincta ejusdem generis, et ordinis produci: v.g. An Petrus, qui nunc genitus ē. à Josefo, et Rosa, potuerit idem ipse numº. gigni ab aliis Parentibus. Huic controversiæ, occasionem dederunt Ecclesiæ Patres, ac Theologi, qui docent, homines electos ad Gloriam, qui nunc nascuntur à parentibus reprobis, nasituros fuisse à parentibus electis in statu inocentiæ: soli enim electi juxta eorum doctrina procreati fuissent si Adam n. peccasset.

Conclusio Unica.

Idem numº. effectus, qui in præsenti causarum serie producitur immediatè ab una causa, potuisset mutata ipsa serie, produci immediatè ab alia causa ejusdem generis, et ordinis, à qua nunc mediatè tantum procedit.

68. Prob. Idem numº. habetur homo, cum anima, et corpus organicum hominem constituentia s. eodem numº. ē. homo, qui in præsenti causarum serie nascitur à patre, et matre, haberet idem corpus, et animam, si mutata causarum serie ab Avo patris sui, l. ab Avia matris suæ nasceretur; ergo. Min. pat. quoad animam: nam cum à Deo creetur, corporibusqᵉ infundatur, potest in corpore Petri v.g. infundere, quam Pauli nunc infudit. Prob. quoad corpus: In systemate de generatione ovipara, corpus formatur ex ovo jam proximè disposito in utero fœminæ tempore concubitus; nunc sic: in præsenti serie, corpus Petri v.g. formatur ex fœmina reproba, l. electa? Non ex reproba tunc orietur, quia in statu inocentiæ cum filii reprobi nascendi n. essent, nec illa fœmina nasceretur. Si ex electa, et Petrus ē. reprobus, esset, quia in ejus utero Deus posuisset ova reproborum, et electorum; ergo mutata serie Deus n. poneret ova reproborum; ergo.

69. Hoc evidens fit in Eva respectu Abel, et Cain, qui in præsenti serie unus electus, et alter reprobus fuit formatus ex Matre electa. Mutata serie, l. Deus in utero Evæ n. locaset ovulum Cain, l. quamvis locaset nunquam permisisse ovulum Cain ēē. dispositum tempore concubitus, proindeqᵉ nunquam Cain natus fuisset. Nam si primi Parentes n. peccasent, juxta PP. et præsertim juxta D. Aug. sententiam Divinæ spectarent imperium, ut filios procrearent; ergo eo solum tempore concuberent, cum essent ovula proximè disposita ut filii electi nascerentur. Uno verbo, quodcumqᵉ asumatur generationis systema in dubium ē. Deum, priusquam primos parentes condidisset, præscire futurum, l. n. futurum eorum peccatum; ergo sicut prævisso eorum peccato, constituit præsentem seriem, in qua reprobi, et electi oriuntur; ita prævissa eorum perseverantia in bono, potuisset aliam seriem constituere in qua soli electi nascituri erant. Unde recte infertur, q. electi, qui nunc nascuntur similiter tunc nascerentur; ergo qui nunc ex Patribus reprobis oriuntur, tunc ex aliis, v.g. ab Avo, l. ab Atavis, qui nunc medi- [illegible] immediatè: proindeqᵉ idem numº. electus

qui nunc ab una causa producitur, tunc ab alia ejusdem generis, et ordinis produceretur; ergo

70 Obj: 1º Idem specie efectus produci nequit, ut de univocis agitur, a causa specifice diversa; ergo nec idem num.º efectus esse potest a causa numero diversa; ergo 1.ª conseq.ª patet: Sicut enim se habet efectus specificus ad causam specificam, ita efectus numericus ad causam numericam. Ant. similiter. Nam omnes efectus ejusdem rationis, requirunt causas ejusdem rationis; secus in causa non contineretur ratio suficiens illius efectus.

Resp. neg. conseq.m et paritatem. Licet enim causae ejusdem speciei, si univocae fuerint, ut in praesenti loquimur, efectus specifici diversos nequeant produci, attamen eadem numero causa potest et reverà producit, plures efectus num.º diversos, ut v.g. unus Pater plures filios num.º diversos, Arbor plures num.º fructus &. ergo vice versa idem num.º filius poterit produci a patre, A seu a patre B. Sicut enim una num.º causa non est determinata ad unum tantùm num.º efectum, ita nec unus num.º efectus debet esse necesario determinatus ad unam tantum num.º causam.

71. Ob. 2º Virtus agendi, quae est in singulis causis creatis, est finita, ac limitata; ergo extendi nequit ad efectus producendos alterius causae; sed extenderetur, si idem num.º efectus produci posset a causis num.º diversis; ergo Resp. dist. 1.m conseq. extendi nequit ad producendos efectus alterius causae extra suam causarum seriem; et nulla habita mutatione in eadem serie causarum; conc. In sua causarum serie aliqua mutatione habita; neg. Solutio facilè percipitur ex ipsa conclusione, in qua supponitur series mutata.

72. Obj: 3º Si in statu inocentiae nasci debuissent tantùm electi, ea ovula, ex quibus reprobi nasci debuissent, et de facto nascuntur in statu naturae lapsae, fuissent tunc frustranea; sed Deus nihil ponit frustra in rerum natura; ergo Resp. dist. maj. Id esset, si reprobi in statu inocentiae non solùm non fuissent nascituri, sed neq.e nasci potuissent; conc. si nasci potuissent; neg. Doct. Sub. notat nullum quidem reprobum fuisse nasciturum in statu inocentiae; aliquem tamen nasci potuissent. Nam licet in eo statu, ut S. Augustini verbis utar, „Nemo ex Adami stirpe iniquitatem comiteret, quae danationem reciperet.„ Nihilominus eam comitere illae potuissent. Homines enim in eo statu quousque Deum viderent intuitivè adhuc fuissent viatores, de ratione autem viatoris est posse peccare. Undè sicut Adam in statu inocentiae peccavit, ita ejus posteri licet in statu inocentiae essent nascituri, a rectitudine potuissent deficere.

73. Inst. Haec causarum series non esset naturalis, sed pro arbitrio conficta; ergo nequit statui. Resp. neg. ant. Nam series naturalis dicitur, quae ab initio creationis statuitur a Deo, et semel statuta in naturae ordine perpetuo servatur. Si vero praevisa primorum parentum perseverantia in bono statuisse ut docent comunit.r PP. tunc illa causarum series esset naturalis, sicut nunc est naturalis ea, quae in statu naturae lapsae observatur.

Dixi: ut communit.r docent PP. Omnes enim sic sentiunt, et specialiter S. Gregorius lib. 4º Moralium cap. 22. S. August. lib. 14 de Civit. Dei cap. 23. et 10. S. Anselmus lib. 1º Cur Deus homo. Cap. 18. et alios omitendo S. Dyonisius lib. de Divinis nominibus inquit apud Doct. Sub. 2º Sent. dist. 20. q. 1.a „Si primi„ Parentes stetissent in justitia, et rectitudine, in qua confirmati fuissent, genuissent filios in illa justitia confirmatos.

Axioma I.

Nulla datur causarum series absque initio.

74. Hoc pro comuniter asumitur apud Philosophos instar axiomatis; licet illius evidentia non sit planè manifesta, et immediata. Prob. Quod est absque

initio ē. ā se; ð. nulla causarū series ē. a sē; ǥ. Prob. min. Quod ē. ā se, ē. immutabile; ð. nulla causarū series ē. immutabilis; ǥ. Prob. min. Causa alteri causę, efectus alteri efectui in qualibet causarū serie succedit; ǥ. immutabilis n̄. ē. ǥ. neque ā se; ǥ. initium habere debet.

Axioma II.

Non datur causarum progressus in infinitum.

75. Hę, alteri afinis ē. et quidem verissima, cum ā precedente non nisi in vocabulis diferat. Nam in qualibet causarū progressione, deveniendum tamen ē. ad omnium primam, ultra quam progredi minime liceat. Quod intelligendum ē. de qualibet genere causę, sivē extrinseca, sivè intrinseca illa fuerit, tam in genere causę eficientis, finalis, et exemplaris; quam in materialis, aut formalis.

Questio III.

An si Deus necesitate naturę suę operaretur ad extra, res creatę contingentes essent; ac ullę essent causę liberę in Universo?

76. Quamquam enim hęc controversia sit de hypotesi impossibili, tamen magne utilitatis ē. ad eos impios refutandos, qui Deum necesariò agere, quidquid facit, falsò, at temerè sustinent. Nam illis demonstrando 1ª causa necesariò operante, nihil in Mundo futurum ēē. ens contingens, nullamq. causā 2am liberam; cum experientia constet, omnes res mundanas ēē. contingentes, et quasdam causas secundas libertate donari, ut omne rationale; evident sequitur, causę 1am n̄. necesariò agere ad extra, ð. libere agere. Propterea Genuensis, hanc controversiā apellat meritò gravem.

77. Sed quia presens questio ad causę eficientę pertinent, quę potiori quodam jure causę denominationem habet prę cœteris, de ejus definitione, et divisione, ante resolutionem questionis ē. agendū. Itaqe causa eficiens ex ipsa nominis etymologia, illa ē quę aliquid eficit, et definitur: Id, q. vera, et phisica actione aliquid ponit, in rerū natura. Quia verò actionem n̄. haberet, nisi potentia ad agendū donaretur: duo occurrunt in qualibet causa eficiente; scilicet: actio, et agendi potentia. Hinc sequitur, q. nihil ēē. potest causa eficiens, nisi potentia activa preditum sit. Quia etiā actio causę eficientis in efectum tendit, et ab efectu ipso terminatur; efectus vocatur actionis terminus. Ideò in Patre gignente Filiū, generatio ē. actio, Filiusqe generationis trus.

78. Causa eficiens dividitur in Phisicā, Methafisicam, et Moralem. Atqe etiā in principalem, instrumentalem, atqe occasionalem. Sed hęc divisio n̄. ē. generis in species, nam generica definitio causę eficientis nuper tradita, tantum causę principali, et Phisicę, propiè convenit; minus propiè instrumentali; et, prorsus impropiè, occasionali, morali, et methafisicę. Principalis ea nuncupatur, quę ita in efectum influit; ut in illa precipua contineatur ratio, cur efectus existat in rerū natura. Quę ratio sicuti potest ēē. magis, l. minus precipua, ità causa potest dici magis, l. minus principalis; vg. Deus ē. causa principalisima relatè ad quemlibet efectum: deindè causa totalis, et adequata ē. magis principalis; quia in ordine causę eficientis totū ponit efectū; et minus principalis dicitur causa partialis, et inadequata; quę n̄. nisi partialiter, et cū consortio alterius causę, in

eodem genere causæ eficientis, ponit efectum.

79. Causa instrumentalis ea dicitur, quæ absolute sumpta vera n. continet rationem efectus, nisi mota a principali causa, qua utitur ad efectu producendum: v.g. duo fabri qui ope ejusdem serræ simul lignum secant, ambo simul constituunt causam principalem; eoru autem alter, qui in itu, redituq. serræ promovendo alium dirigit, e. partialis causa magis principalis; serra autem e. instrumentalis causa, hæc enim n. e. nisi instrumentum. A causa principali magis distat occasionalis, quæ simul cu principali vere n. agit; s. tantum occasionem quamdam præbet causæ principali ut efectu producat. Idcirco nullomodo e. activa; adeoq. n. nisi impropie causæ eficienti accensetur. Phisica autem eficiens apellatur; quæ e. vere eficiens; seu quæ vera, et reali actione efectum, cujus dicitur causa, producit. Inter illam, et efectum distinctio realis intercedit, sicut inter principiu, et causa propie dictam. Methafisica vero causa illa dicitur, ex qua aliquid quidem profluit, s. hoc n. e. ab ea distinctum, nec vera, et Phisica actione productum. Hujus generis sunt rerum essentiæ, et primaria atributa, ex quibus secundaria atributa dimanant. ¶ Hic etiam addi potest causa etiam Logca, ea scilicet, quæ relate ad scientias, et ntras cognitiones se habet, ac si revera esset causa: ut præmissæ ad syllogismu; et cognitionis principia ex quibus aliaru veritatu cognitiones proveniunt. Deniq. causa Moralis vocatur, quæ licet in efectu, cujus dicitur causa, vere n. influat, juxta judicium prudentum perinde e. ac si vere influeret; ut qui incendium, aut homicidium juvet, l. suadet, incendii, aut homicidii causa Moralis apellatur.

80 Causa eficiens e. l. prima, l. secunda. Causa 1.a e. quæ nullam aliam causam ante se habet, s. reliquas omnes in operando præcedit; ut e. solus Deus. Causa autem 2.a e. quæ in sua operatione a prima pendet; ut omnes causæ creatæ, quæ a Deo dependent, illiq. subordinantur, et ideo subordinatæ apellantur. Quibus supositis ad hypotesim rediens, advertendum e. quod Doct. pluries utitur hac argumentandi ratione adversus Philosofos Ethnicos, et Arabes, qui hanc operandi necesitatem in Deo admitunt; ostenditq. Avicenam pugnantia admitere cum asserit, res mundanas a Deo necesario productas, ee. contingentes; atq. Aristotelem contraria docuisse, dum homines liberos, Deum necesarium fecit.

81. Doctoris Subt. sententiam præter ejus Discipulos, plures Thomistæ, et duo celeberrimi Methafisici amplexandi sunt Suarezius ex Scholasticis, et Antonius Genuensis ex RR. Cum his omnibus sit contra Avicenam

Conclusio I.

Si Deus necesitate suæ naturæ faceret quæcumque facit, nullum in Universo haberetur ens contingens.

82. Prob. 1.o ex Doct. Subt. q. 4.a de rerum principiis num.o 4.o „ Si Deus de necesitate „ produccat aliquod posse ee. g. Deus n. e. nec ee. potest, nisi existat illud potens ee. „ „ Sed illud potens ee. (utpote contingens) potest poni n. ee. absolute; g. necese e. „ „ potest poni n. ee. absolute, quia si creatura per necesitatem fluit a necese „ „ ee; g. per necesitatem habet ee, et sic n. potest n. ee. „; Ergo n. e. ens contingens.

83. Prob. 2.o ratione. Ens contingens illud dicitur, q. potest, aut potuit n. ee. s. si Deus necesario operaretur ad extra, nullum ens esset, q.d posset, aut potuerit n. ee.: g. Prob. min. Quod necesario fit, ita fit, ut n. posset n. fieri; s. q.d ita fit, ut n. posit n. fieri, ita e. ut nequeat, nec potuerit n. ee: g. Min. patet: ex manifesta repugnantia, quæ sequitur. Proindeq. consectarium esset Pantheismum. Si enim tunc nullum esset ens contingens. s. omnia essent entia necesaria; omnia esent Deus; nam quidquid n. e. Deus, et aliquid e. ens contingens est.

Conclusio II.

Si Deus necesariò semper ageret, nulla causa poset liberè operari.

84. Prob. ex Doct. in 1º Sent. dist. 2ª q. 2ª dicente: „ Quelibet causa 2ª causat „ in quantum movetur à 1ª. Ergo si 1ª necesariò movet, quelibet alia nece„ sariò movetur, et quelibet necesariò causat". Ergo ex Doct. &ª

Conf.ª Deus ē. 1ª causa, et primus motor, ꝭ. 1ª causa, 1º q.ᵉ motore necesariò operante, nulla alia causa potest liberè agere; ꝫ. Prob. min. De ratione 1ª causæ, primiq.ᵉ motoris ē. movere alias causas in singulis actibus; ꝫ. si 1ª causa, primusq.ᵉ motor semper necesariò agit, necesariò movet alias causas in singulis actibus; ꝫ. si necesariò movet, movet secundū ultimū potentiæ suæ; ꝭ. si 1ª causa, scilicet: Deus, movet causas secundas in singulis actibus secundum ultimum potentiæ suæ, nulla causa 2ª ē. liber in operando; ꝫ. Prob. subsumptum. tunc motio ē. irresistibilis, adeò ut necesariò sequatur motus in causa 2ª ꝫ. ñ. ē. liber in operando.

¶ Suposita necesitate motionis Divinæ ad omnes, et singulos actus creaturarū, quam admitunt omnes Theologi, et Philosofi, etiā Ethnici, qui expresè Athei ñ. sunt: suposito nempè creaturam nihil omninò operari, nisi à Deo moveatur, liberè agere nequit, nisi à Deo liberè moveatur. Vndè illi, qui docent, creaturam ad omnes suos actus Phisicè à Deo præmoveri, ut humanā tueantur libertatem, inquiunt, voluntatem n̄ram ita à Deo præmoveri, ꝭ. liberè. Sed quomodo causa 1ª poset movere alias causas per modū liberi, si ipsa semper necesariò ageret? Si causas 2ª.ˢ semper necesariò, et quantum potest moveret. tum sanè per modū necesarii semper moveret, nam movere eas ñ. potest nisi juxta suum operandi modum, qui in hypotesi eset necesarius.

85. Obj: In Hypotesi eorū, qui dicunt Deum ēē. liberum circa res ad extra, idem num.º actus causæ 2ª necesariæ ē. liber ex parte Dei, et simul necesarius ex parte creaturæ, quin ulla sequatur contradictio, ꝫ. idem num.º actus causæ 2ª liberæ, poterit absq.ᵉ contradictione ēē. ex parte Dei necesarius, et liber ex parte creaturæ. Conseq.ª patet: non enim videtur potior ratio, cur hoc secundū pugnet, si 1.ᵘᵐ ñ. pugnat.

Resp. dist. ant. Idem num.º actus causæ 2ª necesariæ ē. liber ex parte Dei absolutè, et simul necesarius ex parte creaturæ secundum quid; conc. aliꝭ. nego. Nulla ē. contradictio, ꝫ. necesitas secundū quid sit simul compatibilis cū contingentia, cū hæc necesitas posit absolutè ñ. ēē. Atamen si ponamus Deum semper necesariò operari omnis actus creaturarū eset ex parte Dei absolutè necesarius, ita ut quilibet actus creaturæ aliter ēē. ñ. poset. Vndè eset contradictio, si idem num.º actus simul liber poneretur ex parte creaturæ, ex quo aparet discrimen.

86. Inst. 1º Sicut in hypotesi Divinæ libertatis ponitur absoluta libertas ponitur in actu ex parte Dei, et necesitas secundū quid ex parte creaturæ in causis 2ⁱˢ necesariis; ita juxta hypotesim Dei necesariò operantis poni potest in causis secundis liberis necesitas actus absoluta ex parte Dei, et libertas secundū quid ejusdem actus ex parte creaturæ; ꝫ. ē. par in utroque ratio. Resp. nego parit. Nā in 2ª hypotesi de libertate secundum quid statui nequit. Libertas secundū quid ñ. ē. propia, et vera libertas, sicut necesitas secundū quid ñ. ē. vera, et propia necesitas. Atq.ᵉ si libertatē tantū secundū quid in causis secundis admitunt Anti-Scotistæ

nullam causam verè liberam faciunt. Propterea inconcussum adhuc exit, nullaque causa secunda verè liberam esse futura, si Deus necessariò semper operetur.

87. Inst. 2° Licet assumatur hypotesis Dei necesariò operantis, non tamen poneretur ab ipso actus creaturae cum absoluta necessitate, sed juxta exigentiae liberè voluntatis; ergo. Resp. neg. ant. Nam falsum est tunc actum creaturae non esse ponendum cum absoluta necessitate; nam illud omne est necesarium, quod à Deo profluit ex necessitate suae naturae; ex necessitate autem ipsius Dei naturae; tunc creaturae omnes, tunc omnes earum actus haberentur, si Deus necesarius prorsus ageret: atque systema Spinozismum simillimum poneretur, in quo de medio tollitur omnis agendi libertas. Vnde intelligi nequit, quomodo Deus agere posset juxta exigentiae liberae voluntatis creatae.

Quaestio IV.

An praedeterminet causa prima eficiens causas creatas ad agendum?

88. Causa 1a nempè Deus duplici modo potest concurrere efectivè, et immediatè, ut infertur ex dictis, scilicet: immediatè immediatione virtutis, et supositi. Tunc dicitur causam 1am eficientem concurrere immediatè immediatione virtutis, quando causis 2is conferant virtutem qua operentur suosque efectus producant. Immediationeque supositi si dum agunt, ita cum illis agat, ut et ipse Deus actione sua immediatè existentiam efectus attingat. Deum utroque modo concurrere ad actiones causarum secundarum ipsa Scriptura pluries testatur, Doct. Sub. et omnes PP. unanimiter fatentur. Coeterum Thomistis id satis non est, sed insuper contendunt nihil prorsus fieri posse ab illis, quin ad operandum Phisicè praedeterminentur à causa 1a contrariò verò sentiunt alii, et quidem non inferioris notae Philosofi, ac Theologi Scotistae, qui judicant, concursum simultaneum solum suficere.

89. Haec praedeterminatio, seu Phisica praemotio si Thomistae audiantur est influxus causae 1ae receptus non immediatè in efectibus, sed in causis 2is quo causa 1a ipsis eficacitatem actualem inspirans, eas movet, et aplicat non solum objectivè, et moraliter aliciendo, et suadendo; sed etiam Phisicè, et activè interius inclinando, aplicando, determinando, ac ultimam illam activitatem, ad quam sequitur actio influendo; et ideò motio Phisica dicitur: Sed quia motio, et aplicatio virtutis activae ad agendum est prior naturâ, quam ipsa actio, sicut omnis via est prior suo termino, et omnis causa suo efectu; ideò motio illa dicitur previa motio, seu praemotio. Hinc fieri nullatenus potest, ut in causis sivè necesariis, sivè liberis negatio actus, cum Phisica praemotione componatur. Nam repugnare videtur agens esse otiosum, cum est ad operandum Phisicè determinatum.

90. Quarè in causis naturalibus, et necesariis videtur omninò superflua. Nam istae per suam naturam determinatae sunt ad operandum. In hoc enim difert causa necesaria à libera. Etiam quia ut inquiunt Thomistae ideò humana voluntas indiget à Deo praedeterminari, quia ipsa voluntas in agendo, potest per suam naturam se habere ad opositum; ergo cum causa necesaria sit ex sua natura determinata, non indiget à Deo Phisicè praedeterminari, ut enim merito habet Doct. in causis praecisès afirmatio est causa afirmationis, et negatio causa negationis. Sed quid de causis liberis est dicendum in sequentibus aparet:

Conclusio I

Phisica præmotio in causis liberis videtur cum earum libertate indifferentiæ minime posse componi.

91. Prob. Voluntas n. ē. libera libertate indifferentiæ, si qualit[er] potest agere et n. agere; s[ed] cum Phisica præmotione nequit agere, et n. agere, ergo. Prob. min. In signo priori ad præmotionem voluntas n. potest agere, quia juxta Thomistas voluntas nequit agere nisi prædeterminetur; s[ed] simul cum Phisica præmotione nequit ~~n. agere nisi prædeterminat.~~ ~~phisica~~ quia juxta ipsos actionis negatio nequit cum phisica præmotione componi, ergo.

Confirm. In signo priori ad Phisicam præmotionem, vel potest voluntas determinari ad operandum, vel n. potest. Si potest, ergo præmotio frustranea ē. quia juxta Contra ponitur ut voluntas per eam determinetur. Si n. potest, ergo voluntas n. ē libera; quia libertas indifferentiæ consistit in eo, quod possit se ipsa determinari ad eam partem contradictionis, quæ sibi magis placuerit.

Dicunt: voluntatem in signo priori ad præmotionem posse quidem agere, licet nunquam ageret. Sed contra: Nisi Thomistæ vellint aliquid ponere sine ratione, cur illud potius ponant, quam n. ponant, nequeunt hoc asserere; nam negatio actus, quæ in tali signo semper habetur, vel provenit ab eo, quod potentia voluntatis ē. intrinsecè manca, sicuti manca semper ē. ad actiones supernaturales absque Divinæ gratiæ auxilio; vel oritur eo, quod aliqua tunc ei desit conditio ad operandum prærequisita. Si primum, ergo falsum ē voluntatem in illo signo priori ad præmotionem agere posse. Completa enim debet ēē. potentia causæ, ut ipsa posse agere jure dicatur. Si secundum, ergo negatio actus componi potest unà simul cum Phisica præmotione; ē. enim de ratione intrinseca causæ liberæ, ut omnibus positis requisitis ad agendum, possit ex suo arbitrio agere, vel n. agere, vel agere contrarium.

Dicunt etiam: voluntatem n. habere à fato, ut possit agere, s[ed] ipsam posse quidem n. operari, etiam dum à fato determinata ē. nunquam tamen foret, ut tunc n. operetur. Uno verbo fatalem influxum n. respicere potentiam, s[ed] actum; s[ed] contra: Si humana libertas involuntariè n. ē. quia præmotio ē. prior actione voluntatis, et ipsa posita, fieri nequit, ut n. operetur, et solum est in actu; actus ille quilibet n. exit liber, s[ed] necessarius. Jam in actibus humanis n. ē ratio meriti, nec demeriti; nulla esset laus virtutis, nullus fructus laboris, nec puniendi essent reprobi, nec admirandi electi, si n. libera voluntate, s[ed] necessitati à nobis fieret qui nos facimus. Hæc omnia producit in causis liberis Phisica præmotio.

Conclusio II.

Phisica præmotio in causis liberis videtur Divinæ sanctitati plurimum derogare.

92 Prob. In Thomistarum sententia, nihil prorsus agere potest creatura, nisi à Deo phisicè prædeterminetur, ita ut Phisica præmotione opus habet hoc, etiam ut malè operetur; s[ed] hoc Divinæ Majestatis Sanctitati opponitur; ergo. Prob. min. Si Deus hominem præmovet ut malè agat, ideo homo pessimè vivit, quia ad pessimè operandum à Deo præmovetur, s[ed] hoc tantum dicere repugnat cum ejus Sanctitate; ergo. Prob. causalis. tunc sequeretur Deum accusari debere; eique imputari, si inhonestè vitam suam homo traducat; ergo.

Confirmatur. Non vacat culpa, qui hominem ad malè operandum moralit[er] præmovet; ergo à fortiori, immunis n. culpa erit, qui eum ad inhonestas actiones phisicè præmovet. Dicunt. Deum n. prædeterminare hominem ad formale, s[ed] tantum ad materiale peccati. Sed contra: homo suadens alteri ut malè operetur, ipsum n.

præmovet moralitr nisi ad materiale actus malæ; ergo si hac ratione imputatur Deo inhonesta hominis vita, etiam hoc immunis est a culpa, quia tantum suadet alteri materiale peccatum. Certe, qui Deum faciunt authorem peccati nihil dicunt nisi a Deo esse materiale illius actionis, quæ habet anexam malitiam.

93. Obj: 1o Thomistæ asignantes innumera tum Conciliorum, tum SS. Patrum testimonia, putantes adeo evident. Phisicæ præmotionem ex hoc capite evinci ut eorum judicio nemo sine periculo contrarium sentire posse; sed omnia prætermito, ut consulam brebitati, et quia omnibus una responsione fit satis. Resp. Ea omnia testimonia intelligenda esse vel de concursu Dei simultaneo, vel de motione humanæ voluntatis ad bonum inhærere; vel de præmotione tantum morali, vel de motione quadam speciali per gratiam ad actus supernaturales, et meritorios. Et sane vel loca CC. vel PP. quæ prædeterminantium paginas implent, rem evident. demostrant, vel probabiliter suadent. Si demostrant, ergo male se gerit Ecclesia in Scholis catolicis opositum doceri sinens; si tantum probabilit.; ergo periculosum non est præmotionem Phisicam negare.

94. Obj: 2o Deus est 1a causa, et 1us motor; atqui ita non esset si inferiores causas non præmoveret, easque ad operandum Phisice non determinaret; ergo. Resp. neg. min. Bene enim salvatur, Deum esse 1am causam, et 1um motorem, licet causas creatas Phisice non prædeterminet. Deus est 1a causa 1o dignitate, quatenus nempe omnibus creatis causis sublimior est, tanquam præstantis naturæ, ut omnes perfectiones suas infinite excedat. 2o fecunditate, quia rebus singulis vim ipse tribuit, qua operetur. 3o Independentia. Nullius enim auxilio indiget Deus ut agat; contra vero agentia creata opus habet Div. concursu et in operando ita a Deo dependet, ut omnino repugnet fieri aliquid, licet diminutum, nisi Deus non solum permitat, verum etiam nisi Phisice cum ipsis concurrat.

℣ Speciali quodam modo habet Deus rationem 1æ causæ, 1ique motoris si ad voluntatem referatur. Etenim 1o eam præmovet motione generali versus bonum in genere. Deus inquit Ang. Doct. movet voluntatem hominis, sicut universalis motor ad universale objectum voluntatis, quod est bonum; et sine hac universali motione homo non potest aliquid velle. 2o speciali motione eam excitat ad act. supernaturales; eique gratiam confert, qua actiones ipsas eliciat; unde dicit Apost. ;;Deum operari in nobis, et velle, et perficere pro bona voluntate.;; Quod si nomine 1æ causæ intelligant Thomistæ causam phisice prædeterminantem, non assumunt velluti notum ex terminis, Deum esse primam causam, atqui id ratione demostrent. Si vero secus, argumentum eo laborat fallatiæ genere, quod petitio principii nuncupatur.

95. Inst. Deus est prior creatura in essendo; ergo etiam in operando. Prob. conseq. Modus operandi sequitur modo essendi, ergo. Resp. dist. conseqe Deus est prior creatura in operando prioritate dignitatis, fecunditatis, et independentiæ; conc. Prioritate phisicæ prædeterminationis; nego. Distinctio satis constat ex dictis.

96. Obj. 3o Causa 2a esentialiter subordinatur 1æ ergo ab illa phisice præmovetur. Prob. conseq. Non in alio, quod in exigentia phisicæ præmotionis stare posse videtur subordinatio causæ 2æ ad 1um. ergo. Resp. dist. ant. Causa 2a esentialiter subordinatur 1æ quatenus habet a causa 1a ut posit agere, et re ipsa agat; conc. quatenus ita illi subjicitur, ut nisi ab ea phisice præmoveatur, operari non posit; nego. Causa itaque 2a subordinatur 1æ quatenus non solum vim operandi habet a 1a verum etiam, quia ita ab illa in operando dependet, ut nihil omnino queat causa 2a agere, nisi 1a simul operetur, ipsumque efectum simul cum illa producat.

97. Inst. 1º magis dependet creatura à Deo, quam instrumentum ab Artifice, s. instrumentum ita dependet ab Artifice, ut nihil queat eficere, nisi ab eo præmoveatur; g. nihil quoque creatura operari potest nisi à Deo phisicè prædeterminetur. Resp. dist. maj. Magis dependet creatura à Deo, quam instrumentum ab Artifice in essendo, conc. in operando nego. Cum enim secus, ac instrumentum, vim habeat agendi, fieri nequit, ut major sit dependentia creaturæ à Deo in operando, quam instrumenti ab Artifice.

98. Inst. 2º Majus ē. dominium Dei in creaturas, si phisica premotione indigerent, g. illa re ipsa indigent. Resp. dist. conseq. Phisica præmotione indigent, si n̄. repugnant, ut præmoveantur, conc. si repugnant. neg. Ostendant Thomistæ stare posse phisicā præmot.m cū libertate voluntatis creatæ, et Dnæ sanctitati nihil oficere, et tunc dabimus, Deū præmovere phisicè creaturas; ut dominium habeat super eas, q. potest ēē maximum.

99. Obj. 4º Voluntas ē. indeferens natura sua ad operandū, et n̄. operandū, g. indiget phisica prædeterminatione, ut operetur. Resp. dist. ant. Voluntas ē. indiferens natura sua ad operandū, et n̄ operandū indeferentia activa; conc. Indiferentia pasiva, neg. Indiferens itaqc ē voluntas ad utramqe contradictionis partē, verū ita, ut simul n̄. habeat se se determinandi. Quod enī pasivè ē. indiferens determinari ab alio debet, minimè verò, quod ē. indiferens activè; hoc ē, q.d vim habet agendi, et n̄. agendi, prout sibi magis placeat. Sed de hac tam graviori controversia jam satis. Reliqua videantur apud Authores. Quoniā verò causa eficiens afine ad agendū movetur, et ab exemplari in agendo dirigitur, ideo necese videtur immediatè post eficientem nonnulla de illis subjicere, præsertim cum omnes istæ sint paritèr causæ extrinsecæ.

Corollarium I.

100. Causa finalis, seu finis causis moralibus accenseri posse videtur: finis enim n̄. phisicè, s. moralit. tantū, ac methaforicè, ut inquiunt Doct. Subt. et Arist. in efectū influunt. Quid verò, quotuplexqe sit finis in 2a Logē part. disp. 1a q. IV. in II. ad num. 61. aparet. Ad verā rationem finis iis causæ eficientē queat determinari, triplex conditio requiritur. 1a ut finis sit cognitus; si enim ille operantem lateat, perinde ē. quantum ad hunc determinandū, ac si nullus esset. 2a ut aliqua bonitas in ipso fine percipi possit: nam si tantum sub ratione mali queat intelligi, cum voluntas in malum sub ratione mali nequeat nunquā ipsa ad agendū determinabitur, ut eum finem asequatur. 3a Demum ut prædicta bonitas ametur, et illius asequutio desideretur: cum enim omne agens propter finem operetur, ut finem atingat, nisi prius vellet, seu amet, et cupiat; nunquā ponet media, seu operationes, quibus illum assequi possit. Propterea inquit Doct. in 2º Sent. dist. 25. q. Unica. ,, Finis n̄. movet nisi sit cognitus ab agente.,, Et in prolog. Sent. q. 4a. ,, Finis n̄. ē. causa nisi in quantū amatus, et desideratus movet eficiens ad eficiendum.

Corollarium II.

101. Porquā eficiens causa ad agendum ad cognitū, et amato fine determinata ē. exemplari q.d mente tenet, aut exterius præ oculis habet in operando dirigitur.

Exemplar itaq. seu causa exemplaris, id ē. q. respicit agens dum operatur, ut ad illius similitudinem suum opus efficiat. Exemplar autē vocatur internum, si operis idea faciendi in mente operantis tantùm existat; externum verò, si operis exemplar exterius habeatur, l. in naturali prototipo, l. in opere planè simili, l. lineamentis in papiro formatum. Communiter Scholastici post suum Magist. Arist. causam exemplarem, velùt genere distinctam ab aliis causis rejecerunt, duntaxàt efficientē, finalem, materialem, et formalem admitentes. Recentiores verò Philosofi, et quotquot ex Antiquioribus Platonis doctrinam sustinuerunt; exemplarem addiderunt, q. propia, et peculiari causalitate ab aliis diversa donari optimo jure contendunt. Certè n̄. videtur major ratio de fine, q̄. de exemplari. Si enim fini conceditur propia causalitas, quia causam eficientem ad operandum movet pariter causalitas propia exemplari tribuenda ē, q. eadem causa in agendo dirigat: nam si dirigit operantem in efectus producente aliquam profectò rationem continet, cur efectus existat in rerū natura.

102. Doct. verò Subt. sicut in multis ab Aristotelis doctrina recessit; ità ac etiam de re, cum Platonicis, et Recentioribus eadem sentit. Vndè in Quodlibet. q. 8.ª hec habet: „ Ex dictis de causalitate efectiva patet solu-„ „tio questionis de causalitate exemplari, et finali; quia cum causa exem-„ „plaris sit aliqua ratione formali exemplans, et causa finalis sit ali-„ „qua ratione determinans, sivè finiens, sicut causa eficiens aliqua „ „ratione formali eficiens: sequitur ex consimili ratione, q. nulla istarū „ „causalitatū potest ēē propia, nisi ratio formalis causandi sit propia. „ Que verba Doct. adeò ~~[illegible]~~ clara, ut interpretatione n̄. egeant.

Questio V.

An materia l.ª sit vera Substantia; et quid sit hec?

103. De causa materiali, que est materia, ex qua aliquid fit, et de causa formali, que est forma, qua materia determinatur, aut perficitur, seu fit tale ens sivè in genere, sivè in specie, sivè numero procedit presens questio, ex qua pendet plurium questionū resolutio. Que Phylosoforū mentes solent vexare. Nomine materie generalissimè accepte intelligitur subjectū quodlibet, sivè substractum circa quod causa eficiens potest operari, in illud forma aliqua de novo inducere, atque ità ex illo, quodpiam disimile ens eficere quale prius n̄. erat. Hoc ēst, ut exemplo sensibili utar: truncus arboris ē: materia circa quam. Scultor operatur, in quam, aut hominis, aut Leonis figuram inducit, ac ita ex illo hominem, aut Leonem eformat. Ideò eadem numero materia si refertur ad causā eficientem materia circa quam apellatur: si comparetur ad formam, que in illa recipitur; in qua, et in quam; et tamen si relatè ad ~~[illegible]~~ ens, q. ex illa consurgit, materia ex qua dicitur.

104. Contra verò forma generalissime sumpta illud omne vocatur, quod à causa efficiente in materia inducitur, l. ex ipsa educitur in materia ipsa recipitur, et subjectum aliqua ratione determinat, perficit, et in alterum l. essentialiter l. accidentaliter trasmutat. Hinc duplex distinguitur forma, una substantialis, et essentialis, et altera accidentalis: quatenus subjectum per accessum hujus formae ab eo, quod antea erat, aut essentialiter, aut accidentaliter differt. Formae substantiales, seu essentiales apellantur, quibus duo quaedam inter se diversa fiunt substantia, seu essentia. Ut sunt omnia corpora, quae specie differunt. Formae verò accidentales dicuntur, quae differentiam tantum accidentalem in subjectum, seu materiam inducunt: vg. albedo, l. nigredo. Forma, quae educitur de potentia materiae ea dicitur, quae neque fieri, neque operari, neque esse potest saltem naturae viribus absque subjecto. Dico saltem naturae viribus; nam possibile est aliquam esse formam, ut ex naturae instituto, neque fieri, neque esse neque operari possit extra materiam; quae tamen si vera sit substantia queat divinitus per se existere; ut anima bellarum in sententia eorum, qui ajunt esse spirituales, quae licet extra corpus agere nequeant, et interire omnino debeant unà cum corpore, possent tamen quia verae substantiae, etiam sine corpore à Deo conservari.

105. Quare duplex est eductio formae de potentia materiae, nempè: eductio subjectiva, et eductio naturalis solius dependentiae. Eductio subjectiva de potentia materiae his omnibus competit formis, quae sunt in materia tanquam in subjecto, adeoque sine subjecto neque Divina virtute existere possunt. Eductio verò naturalis solius dependentiae est, quae formis convenit nunquam sine materia existentibus, quod extra materiam agere nequeat, quas tamen existere sine materia minime pugnat. Prioris generis sunt omnes formae merè corporeae. Posterioris quoque brutorum animae spirituales. Ex quibus colligitur, formas purè corporeas, quae formae substantiales vulgò dicuntur, veras substantias non esse. Cum enim substantia sit ens per se existens, et illis repugnet per se existere, certè substantiae nequeunt dici. Et quamvis Doct. videatur substantias vocare tantum secundum quid substantiales apellat, scilicet quatenus est ratio, propter quam novae consurgunt substantiae ab aliis substantiis specie diversae. Alterum quoque est genus formae substantialis, quae est vera substantia, ut mens humana; quae hec nullomodo educitur de potentia materiae: nam non solum sine corpore existere potest divinitùs, sed etiam absque illo naturaliter existit, et operatur, dum in hominis interitu separatur à corpore organico.

106. Regrediens verò à materia, quam dixit esse substratum quoddam, sive subjectum aliqua ratione determinabile, quod in omni creatura habetur sive corporea, sive spirituali; ideò in hac generalissima notione considerata non significat rem corpoream, extensam, et divisibilem, ut vulgo accipi solet, sed dividi potest cum Doct. in corporalem, et spiritualem. 1a generaliter sumpta est quae naturalem habet capacitatem ad extensionem. 2a verò quae naturalem habet repugnantiam ad extensio-

nem; simulq. naturalem aptitudinem ad recipiendam vim cogitandi. Cum enim extensio, et vis cogitandi in eadem substantia simul ēē. nequeant, eo ipso, q. in spirituali materia habeatur naturalis aptitudo ad recipiendā vim cogitandi, illis simul in ēē. debet repugnantia ad exextensionem. Ex materia spirituali Deus efficit omnes spiritus; ex corporaliq. omnia formantur corpora. Quod novitati tribuendū n̄. ē: nam id ratio persuadet, et multi SS.PP. id ipsū docuerunt.

107. Materia corporalis dividitur in primam, et posteriorem. 1a ē. circa quam actio causę eficientis in suo ordine 1um incipere potest; ita in ordine artis materia 1a ē. lapis in monte, l. Arbor in Silva. Posterior vero ē. circa quā n̄. versatur 1a actio causę eficientis, ꝺ jam circa eam, alia actio precesit; ut lapis jam ē. monte diceptus, et quadā preparatione dispositus; sicut arbor jam cęsa, et in trunco divisa. Vndè sicut annotat Doct. q. 8a de rerū principio numo 17. triplex ē. genus, ordoq. causarū eficientium, seu ut ipse ait: ;; Tria sunt agentia, Deus, natura, ,, et ars. ,, Quorū unum presuponit alterū, nempe: Ars, ut agere posit suponit materiam ā natura paratā, natura vero materiam ā Deo jam 1o formatā; ita triplex materię genus distinguit Doct. scilicet: primò primam, secundō primam, et tertiò primam.

108. Primò prima soli Deo subjicitur, nam cum sit substantia simplex, nequit fieri nisi per creatm ac solus Deus formam omniū primam potest in illam inducere, quā fiat extensa. Quamvis enim reverà sit velut agregatam infinitarum penè numero particularū, quarū quęlibet substantia est; illę tamen singulę sunt simplices, et inextensę, quę parum absimiles videntur Leibnitianis monadibus, de quibus in Phisica. Hęc materia primò prima ā Deo creata, in eamq. ab ipso 1a forma inducta, per unionem plurium simplicium substantiarū, quarum illa ē. agregatum acquirit extensionem; et incipit ēē. corpus. Nam ut habet Doct. quęst. supra citata, num. 47. ;; Esse corpus dicit necesa-,, rio partes extra partes, imo ex hoc ē. corpus, et ponere, q. corpus sit, et q. ,, n̄. habet partes extensas ē. proponere, q. corpus n̄. sit corpus ;; Atq. hinc fiunt primigenia illa corpuscula, seu exilissimę illę moleculę diversę magnitudinis, atq. figurę, quę ab Epicuro, Gasendo, alisq. Recentioribus Mechaniotis velut 1a corporū principia statuuntur. Hęc q. illa sunt, quę materia secundo prima ā Doct. apellantur.

109 Formatis hisce minimis corpusculis, exilissimisq. moleculis, ex quibus fortè immediatè consurgunt vulgaria elementa, aliaq. simplicia corpora, mutatur ordo causę eficientis: et ubi Deus solus in materiā primo primam agebat, formata jam materia secundo prima, in hanc natura incipit agere, ut inquit Doct. in eadē quęst. num. 17. Agente vero natura fiunt mixta, 1o minus, deinde magis composita, quę materia tertiò prima dicitur, atq. in hęc, quotiescumq. sensibilia fuerint, incipit Ars operari; ut sunt terra n̄. elementaris, herbę, plantę, lapides, metalla, osa, pellesq. animalium &a. Ait enim Doct. ibidem: ;; In agen-,, ,, tibus, et naturalibus, et artificialibus s.t. gradus prioris, et ,, ,, posterioris; sicut ars [illegible] vestitū suponit pro ma- ,, ,, teria pannū, et hoc filum, sive opus artis filandi. Sic ,, ,, ē. etiam in naturalibus. ;; Vndè filum ē. materia remota, pannumq. materia proxima, et sic de cęteris.

110 De materia secundo prima, et tertio prima, disserere modo n. praestat. Cum enim hae extensione donentur, et vera sint corpora, ad Methafisicam n. pertinet, s. ad Phisicam de his tractatio. Quare de materia primo prima hic tantum agitur; licet a Deo creata sit, ut ex ipsa etiam corpora fierent, ipsa tamen corpus n. e. s. substantia simplex natura sua indiferens ad corpus, et spiritum. Dum autem determinate dicitur corporalis, aut spiritualis, incipit aliquomodo determinari: nam illa, quae prius indiferens erat ad corporale, et spirituale, accedente praecisse capacitate extensionis, determinatur illius potentia ad solas formas corporeas; ad spirituales vero accedente aptitudine ad recipiendam vim cogitandi, quae cum capacitate extensionis omnino pugnat, ut dictum e. Haec autem potentia, seu indiferentia pasiva materiae omnino primae ad cujuslibet generis formas pertinet ad esentiam ipsius materiae, neque a materia distinguitur nisi ratione, ut probat Doct. in q. 8.a de rerum principio. Secus inquit, inter alias rationes, daretur procesus in infinitum; ut de unitate relate ad ens, et de existentia respectu esentiae ejusdem entis dictum e. in suis propriis locis.

111. Non enim materia 1.a e. pura potentia objectiva, ut omnes olim docebant in Scholis; s. potentia subjectiva vere existens propia existentia, qua e. in composito, et qua potest Divina virtute, etiam in se ipsa sola existere extra compositum, et absque omni forma, quae sit ab illius esentia distincta, ut pluries demostrat Doct. in 2.o Sent. dist. 12. q. 1.a et 2.a Neque propterea putandum e. si materia per se aliquid actu sit nullum futurum ee. discrimen inter materiam, et formam. Nam licet mat.a quatenus mat.a e. propio donetur actu: actus tamen iste n. e. determinatus nisi ratione propiae existentiae, s. in reliquis e. omnino indeterminatus, et solum determinabilis; forma vero quaelibet e. actus secundum se proprius determinatus, atque determinans, unde materia 1.a ex natura sua per se existens e. seu vera Substantia. Quia vero n. e. per se subsistens, utpote ex naturae, seu Dei instituto per se 1.o ordinata ad omnia constituenda, quae in Mundo sunt entia; naturaliter sine omni forma a sua esentia distincta, scilicet: extra rem, cujus e. materia, nunquam existit. Quare hanc rem adm modum abstractam, utilemque ad intelligenda intrinseca omnium creatarum substantiarum principia, tribus conclusionibus cum Doct. Subtili aperire, et distinctius exponere, conabor.

Conclusio I.

Doct. Subt.s materiam 1.am generalissime acceptam in corporalem, et spiritualem n. absurde divisit.

112 Prob. 1.o Haec divisio absurda n. e. si in spiritibus e. materia sui generis, sicut et in corporibus; s. res ita se habet; g. Prob. min. Quod nomine materiae intelligitur in corporibus e. q. in illis habet rationem subjecti propietatum, modorum, accidentium, et omnium formarum; s. in spiritibus creatis adest supraeractum aliquod, q. in ipsis e. subjectum propietatum, modorum, formarum, et accidentium spiritualium, sicut corporeorum in corporibus; g. Prob. min. tales propietates, formae, et modi sive corporales, sive spirituales nequeunt existere nisi in subjecto determinabili, q. per eas formas, seu propietates determinetur, s. istud subjectum nequit ee. nisi materia; g.

Confirm: Quidquid alterū determinat, modificat, aut perficit juxta commune Philosophorum sententia forma vocatur, et contra quidquid determinatur, modificatur, aut perficitur, materia dicitur, sicut enim materia ē. in potentia ad formas; ita formæ respiciunt materiā tanquam actus; ꝭ. in omnibus spiritibus creatis ē. quidpiam perfectibile, modificabile, et determinabile; ergo.

113. Prob. 2º Ea materiæ divisio velut absurda habendan̄ ē. quæ ut probatæ habuerunt plures Doctisimi Viri, et magni nominis Patres; ꝭ. ita ē. divisio materiæ in spiritualem, et corporalem; ergo. Prob. min. In primis S. August. pluribus In locis, S. Joannes Damascenus lib. 2º de Fide orthodoxa, Boetius in lib. de Vnitate, et Vno, cap. 2º et Antonius Genuensis Methaf. part. 1ª pone 17. ubi testatur, omnes ferè Ecclesiæ PP. cum melioribus Philosofis asserere, substantias spirituales creatas ēē. Methafisicè compositas, et divinitus disolubiles, et componi ex aliquo subjecto, et vi activa, quæ licet naturaliter separari ā se invicēm nequeant, divinitùs verò resolvi possunt; ergo.

II;; Est tandem „ „ advertendum inquit Dr. in 2º Sent. dist. 12. q. 7. q.d substantiæ spirituales di-„ „ cuntur aliquando n̄. habere materiam, tum quia earū materia n̄. ē. „ „ similis materiæ corporali, quæ ā Philosofis materia communiter apellatur; „ „ tum quia ut dicit Boetius de Vnitate, et Vno, forma spiritualis propter „ „ suā actualitatem unitur etiam intimè materiæ, quæ trahit eām ad „ „ se intantum, ut totum apareat ut forma; tum quia operatio earū „ „ propter talem materiam n̄. impeditur, eo q.d materia ē. quasi absorta ab „ „ actualitate formæ.„

114. Obj. 1º Si mens humana donaretur materia propia sui generis eadem numº forma informaret simul materias diversi generis; ꝭ. id videtur absurdum; ergo. Prob. seqª tunc forma animæ informaret suam materiā spiritualem, et simul corpus organicū; ꝭ. hæ sunt materiæ diversi generis; ergo.

Resp. neg. sequelam. Nam forma humani corporis n̄. ē. sola forma rationalis animæ; ꝭ. ē. tota ipsa anima ex sua materia spirituali, et ex sua forma conflata. Non itaqe una, et eadem numº forma informaret simul spiritualem mentis humanæ materiam; et corpus organicum: nam tota anima planè differt ā sola peculiari forma. Neqe absonum ē. materiā spiritualem animæ unà cum sua forma ēē forma corporis organici. sicuti absurdum n̄. ē. ā forma corporali organici corporis, simul cum ejus materia unam constitui materiā totalem, quæ ā mente humana informatur. Nam n̄. solum informat materiam, ꝭ. totum corpus in se completum. Sicut quotidiè accidit in compositione rerum corporearū; v.g. forma elementi cum sua materia ē. materia mixti, et sic de cæteris.

115. Inst. Si mens humana componeretur ex materia, et forma, esset per se ens completum; ꝭ. hoc nullus admitit; ergo. Prob. min. tunc esset persona, ꝭ. hoc ā nullo conceditur; ergo. Resp. dist. maj. esset ens completū in ratione formæ humanæ, conc. in ratione personæ; neg. Et dist. maj. prob. esset persona si n̄. esset 1º ordinata ad alterum constituendum, conc. aliter; neg. Licet mens humana composita ex forma, et materia sui generis ē. quidem ens perse, et vera substantia, ac etiam completa in ēē. formæ, atamen ex naturæ instituto n̄. ē. ordinata, ut per se subsistat, ꝭ. ut hominem constituat.

116. Obj. 2º Sanct. August. lib. 7º de Genesi ad litera expresè docet, animam n̄. ēē. factam neqe ex materia corporali, neqe spirituali; ergo frustra asseritur Sanctm Aug. Doctrina, sub. Doct. aprobare.

Resp. dist. ant. et Sancti Aug. testimonium. Docet animam n̄. ēē. factam neqe ex materia corporali, neq.e ex spirituali, quæ tempore præcesserit animæ formationem; conc. quæ ipso instanti creetur, quo anima à Deo conditur; nego. Cit. in loco n. ē hac de re præcipua quæstio, s. præsupponens animam ex aliqua materia fuisse factam præsertim inquirit. An Adami anima condita sit à Deo ex aliqua materia præexistente, sicut formatum fuit corpus ipsius ex terra jam condita: ac resolvi: „De materia spirituali factam animam conquentius credi, quæ materia ipsius animæ formationem nequaquam tempore præcesserit. Unde sicut cum Deus insufflavit in faciem Adami spiraculum vitæ; simul et animæ materiam creavit, et ex ipsa animam condidit; ita, et animas, quas quotidie humanis corporibus infundit; n. ex aliqua præexistente materia confingit; s. simul materiam spiritualem creat, et formam illi tribuit, unde anima fiat. Universa igitur materia corporalis ab initio fuit à Deo creata, n. autem materia spiritualis; verum hanc toties creat, quoties animæ formandæ sunt.

117. Obj. 3.o Si Angeli, et animæ rationales ex materia utcumq.e spirituali formarentur n. essent substantiæ simplices, s. hoc absq.e piaculo nemo negare nequit; g. Prob. seq. tunc constarent ex materia, et forma; g. Resp. dist. maj. n. essent substantiæ simplices absolutè, conc. secundum quid; neg. et similit. dist. min. Omnes enim substantiæ spirituales, præter Deum absolutè simplicem, sunt simplices tantum secundum quid, cum in his omnibus aliqua sit compositio saltem Methafisica. Et simplices tantum dicuntur, quia compositæ n. sunt sicut corpora, neq.e sunt extensæ, neq.e divisibiles. Hinc sequitur simplicitatem secundum quid, Angeli, et animæ rationali absq.e piaculo denegari n. posse cum sint substantiæ spirituales. Quod n. impedit, ut materia spirituali donari possint nisi puros actus instar Dei eos ēē vellimus.

118. Inst. Compositio ex materia, et forma n. ē tantum Methafisica, s. etiam Phisica; g. n. essent simplices secundum quid. Resp. dis. ant. Compositio ex materia corporali, et forma ē Phisica, conc. ex materia spirituali, nego. Ut enim advertit Doct. cum Boetio, forma spiritualis ita intime unitur suæ spirituali materiæ, ut compositum inde exurgens, sit vellut una tantum forma; ideoq.e n. nisi compositio Methafisica ex his haberi potest. Et ad omnem viam adversariis claudendam, si isti intelligant compositionem, quæ rem extensam aut naturæ viribus disolubilem reddat, dico, q. ex materia spirituali, et illius forma esentiali, compositionem Phisicæ minime fieri: nam ex his nulla consurgit extensio, nihilq.e naturæ viribus disolubilem. Si vero intelligant veram, et realem compositionem à Deo factam, s. quæ à Deo disolvi posit, et cum simplicitate, et naturali incorruptibilitate creati spiritus minime pugnet; ego similiter compositionem Phisicam ēē n. dubito. Nihilominus hanc potertiorem magis judico compositionem Methafisicæ, quæ Phisicam vocari debere, nam res inter quas versatur ad Methafisicæ, n. vero Phisicæ objetum pertinent.

119 Obj. 4.o Si Anima rationalis, et Angeli ex materia sui generis, et forma constituerentur, eorum substantiæ n. essent indisolubiles, et per consequens neq.e incorruptibiles, neq. natura sua immortales, s. hoc dicere ē absurdum; g. Resp. neg. seq. maj. Cum enim creati spiritus dicuntur ēē indisolubiles, incorruptibiles, et immortales, n. intelligitur, q. nulla potentia disolvi possunt; nam hac ratione sicut Deus solus ē purus, et simplicissimus actus, ita ipse solus ē absolutè indisolubilis, et immortalis; s. tantum intelligitur, q. disolutio, et interitus contingere illis minime queat

viribus naturæ, quia materia spiritualis, et forma nulla naturæ vi possunt invicem separari, solusq. Deus, qui eas in unum conjunxit, dissolvere possit.

Conclusio II.

Materia prima, sivè spiritualis, sivè corporalis ē. vera Substantia.

120. Prob. 1o ex Doct. Quodlibet. q. 3a ubi inquit: „Substantia ē. illud substractum, cui repugnat inhærere,„ sed materiæ 1æ utpotè 1o substracto repugnat inhærere; ḡ.

121. Prob. 2o ratione deducta ex Doct. in 3o Sent. dist. 22. q. Unica. Materia sivè spiritualis, sivè corporalis aut sub nullo, aut sub aliquo continetur genere. Nequit dici sub nullo genere, nam q. sub nullo continetur genere, l. ē. Deus, l. nihil. Sed materia nequit ēē. Deus, quia ē. à Deo creata; neque nihil, quia juxta Doct. q. 7a de rerum principio num.o 2o. „Materia ē. aliquid, q. à Deo, ē. factum, atq. creatum.„ ḡ. ē. aliquid, ḡ. sub aliquo genere continetur. Nunc sic: Quod sub aliquo genere continetur ē. substantia, l. accidens, quia ens creatum ritè dividitur in substantiam, et Accidens; ḡ. materia 1a aut ē. accidens, aut substantia; n̄. Accidens, neq. proprium, neq. commune; quippè neutrum ē. 1um subjectum, imò supponunt subjectum; materiaq. ē. 1um subjectum; ḡ. præcisè substantia dicenda ē; ḡ. Rā.

Conclusio III.

Materia 1a etiam corporalis universim accepta est quoddam velluti agregatum infinitarum penè particularum, quarum singulæ sunt ex se substantiæ simplices, et inextensæ.

122. Prob. Si materia ex qua coalescunt 1o corpora utcumq. simplicia, esset composita, ex alia priori materia, et ipsa componeretur; ḡ. tum daretur processus in infinitum; ḡ. Prob. min. de hac priori materia ex qua posterior resultaret, iterum quæreretur an simplex sit, l. composita; si simplex, habetur propositum; si verò composita, iterum quæritur an illa, ex qua componitur sit simplex, l. composita; ḡ. tandem aliquando deveniendum ē. ad materiam omnium 1am quæ sit substantia simplex, l. procedendum ē. usque in infinitum, q. ē. absurdum. Hinc meritò inquit Doct. in 2o. Sent. dist. 3a q. 4a. „Dico, q. necese ē. de n̄. composito, ut parte, fieri, l. „ produci compositum, l. ibitur in infinitum.„

¶ Substantias omnium primas, quas materiæ 1æ nomine Doct. intelligit, ēē. omninò simplices, atq. inextensas, communis ē. Recentiorum sententia. Nam post Leibnitum, id docuerunt Wolfius, Sagnerius, Jacquierus, Genuensis, Paulus Mako, aliq. celebriores posterioris ævi Philosofi.

123. Obj: 1o contradictio ē. dicere materiam corporalem simplicem ēē, atq. inextensam; ḡ. Prob. ant. Quod corporale ē. compositum ē. atque extensum; ḡ. Resp. dist. 1um ant. Si pro materia corporali intelli-

gatur materia actu corporea, conc. si intelligatur substantiā quæ actu habent solā capacitatē ad extensionē; neg. Ut distinguatur matª ex qua coalescunt corpora ab ea ex qua Deus efficit spiritus; divisa fuit materia generaliter considerata in spiritualē, et corporalem; pro spirituali intelligendo, cui repugnat extensio, atqᵉ aptitudinē dicit ad recipiendā vim cogitandi; et pro corporali, quæ extensionis capacitate prædita ē. et cui repugnat recipere vim cogitandi.

124. Obj: 2º Inter corpus, et spiritum nulla datur substantia media; ḡ. materia, quæ nec corpus, nec spiritus ē. n̄. ē. vera substantia. Prob. ant. Quidquid ē. substantia, l. corpus, l. spiritus ē. ḡ. Resp. dist. ant. Nulla datur substantia media completa, conc. incompleta; neg. Nomine substantiæ completæ eā intelligo, quæ ex naturæ instituto ē. ordinata ad per se subsistendū. Quo sensu materia 1ª n̄. ē. substantia completa, quia si spiritualis, ē. ordinata ad subsistendū n̄. in se, s̄. in spiritu; si vero corporalis, ad subsistendū in corpore; adeo ut nulla sit materia, quæ in corpore, aut in spiritu n̄. subsistat. Atamen cum vera sit substantia, per se existere potest Divina virtute absqᵉ ulla determinata forma, quæ sit verus actus informans ab illa distinctus, ut enim notat Doctor in q. 8ª de rerū principio num.º 42. ;; Rationes in oppositū ex falsa imaginatione procedunt. ;;

125. Obj: 3º Substantia simplex ē. perfectior substantiis compositis; ḡ. si materia 1ª esset substantia simplex, esset perfectior quolibet corpore, s̄. hoc ē. falsū; ḡ. Prob. subsumptū. Materia 1ª ē. minimum ens, ḡ. n̄. ē. perfectior quolibet corpore. Resp. dist. 1ᵘᵐ ant. Nisi substantia simplex in ipsis compositis substantiis contineatur; conc. aliter; nego. Certum ē. materiā 1ᵃᵐ pluribus formis determinatā in corporibus contineri; ut enī inquit Doct. in 1º Sent. dist. 8ª q. 3ª ;; Perfectius nunquā continetur in minus perfecto. ;; Ideo quamvis materia 1ª simplex sit, corpora vero composita, cū tamen illa in his contineatur, his perfectior illa eē n̄. potest. Quare falsum ē. generalitᵉʳ loquendo res eē. perfectiores, quot sunt simpliciores. Id verum de solo Deo, qui sicut ē. simplicissimus ē. etiā actualissimus, et quoque perfectissimus. Etiā verū ē. cum formæ sunt diversi generis, nā spiritus, qui sunt corpore simpliciores, sunt etiā eo perfectiores; quia forma spiritualis omniū infima ē. perfectior forma corporea omnium suprema.

126. Obj: 4º Materia ē. substantia incompleta; ḡ. n̄. ē. vera Substantia. Resp. dist. ant. Est incompleta quatenus ē. ordinata ad alterū constituendū, et subsistendū in altero conc. ant. Quatenus nequit saltē divinitus per se existere, neg. ant. Mens humana ē. Substantia incompleta quatenus ordinata ē. ad constituendū hominis compositū, et tamen ē. vera Substantia; ḡ. etiā materia 1ª quamvis ordinata sit ad constituendū compositum naturale.

127. Obj: 5º Si materia 1ª esset substantia simplex, et inextensa, impossibile esset, ut ex illa fierent corpora extensa; s̄. hoc ē. contra omnem doctrinā; ḡ. Prob. seq. Doct. Subt. ait ex inextensis n̄. posse fieri extensū, ḡ. Resp. dist. maj. Impossibile esset, si illa neqᵉ actu, neqᵉ potentia extensa fuisset; conc. maj. Si licet actu n̄. potentia tamen extensa fuerit; neg. maj. Distinctio facile percipitur ex dictis. Doctor intelligendus ē. de iis inextensis, quæ nullā habent exigentiā ad extensionē, ut materia 1ª spiritualis, et quælibet spiritualis substantia. Non tamen de illis, quæ licet actu n̄. sint, potentia tamen habent naturalē capacitatē ad extensionē, ut materia 1ª corporalis.

Apendix.

128 Ad tractatum de causis pertinere etiam videntur casus, fortuna, et fatum. Casus, et fortuna dicuntur caus per accidens, Causa autem per accidens ē cujus actione efectus consequitur prater intentu operantis aut naturę; sic qui judicans feram occidere, hominem occidit, ē. causa per accidens; monstruum, qui ex homine, et muliere accidit, dicitur efectus per accidens, vir qe et mulier causę per accidens. Causa per accidens opponitur causę per se, quę producit efectum juxta intentum operantis, et ā natura ordinatum; ut homo generans hominem. Et si casus, et fortunę nomina promiscuè accipi soleant; tamen propiè fortuitum apellatur, q. prater animi designationę ā causa libera procedit; ut cum aliquis fugiens capillis suspensus permanet pendulus in aere. Casuale verò cum ā naturali seu necesaria causa eficitur, ut cum homo casu ē. in eo loco, ad quem pertingit fulmen, et hoc percursus necatur. Fortuna autem, l. bona, l. mala ē. Bona, si efectus fortuitus fuerit bonus; Mala autę si malus. Bona fortuna vocatur ā Doct. in Lib. 2.º Methafisicorū Eufortunium ab eu, q. ē. bonū; mala autę infortunium. Fatū generatim ē. omniū Mundi causarū, et efectum, q.º nescio, ut una ab altera pendeat, et nulla in parte concatenatio arrumpi posit. De fato pluximum supersticiosè usi fuerunt Poetę, et Philosofi Cinici Heretici Planetarii, et Astrologi judicarii tanquā necesitatem nobis imponens, adeò ut etiā actus nrę voluntatis ab influxu Planetarū necesariò dependere. Quarè fatum in hoc sensu damnatum fuit in pluribus Conciliis. Verum catholicè fatū definitur: ā Boetio: Immutabilis mobiliū dispositio per quā Providentia suis quęque ordinibus nectit Vel aliter: Immobile Divinę Providentię decretū, q. singula suo ordine, loco, et tempore Deus firmiter redit. Sed de hiis fusiùs in Methafisica secunda.

Disputatio III.

De reliquiis entium generibus.

Entium genera, de quibus in Ontologia neq.e speciliater, nec satis usq-modo actum ē, sunt potisimum ens simplex et compositū; finitum, et infinitū permanens, et sucesivum. Quarè de his aliqua dicenda restat.

Questio I.

Quenam fuerit mens Doct. circa tertiam entitatem?

129 Ens simplex illud dicitur, q. unica constat Substantia, l. in unica recipitur Substantia. Compositū verò, quod ex pluribus coalescit substantiis, l. in pluribus substantiis simul recipitur. Ideò omnis spiritus, sivè increatus, sivè creatus ē. ens simplex, quia in eo unica ē. substantia; et similitr simplices sunt eorū propietates, quia in unica substantia recipiuntur. Corpora autem, et entia, quę constant ex corpore, et spiritu sunt composita; nam quolibet corpus tot habet substantias, quot sūt partes in quo resolvi potest. Etiā corporis propietates sunt compositę, quia in ente pluribus substantiis composito recipiuntur. Unde infertur, q. ens simplex cum unica constet substantia dividi nequit in plures partes. Nā partes in quas

dividexetur, debexent ēē. tot substantiæ, scilicet entia quæ per se existerēt; quod manifesta contradictio videtur in ente unica habentem substantiam.

130. Ens simplex dividitur in absolutè simplex, et secundum quid. 1.um dicitur si unica substantia, qua illud consistit n̄. habeat rationem subjecti aut potentiæ ð. sit purus actus; ut Deus. 2.um verò si illa unica substantia habeat rationem subjecti, aut substantiæ perfectibilis. Ut omnes spiritus creati qui constant ex materia perfectibili per suam formam. Minus propiè vocantur simplicia quædam cap.a ut s̄s. 1.a et immediata mixtorų naturalių elementa, qui etsi pluribus constent substantiis, sunt tamen ejusdem rationis esentialis. Quo sensu inquit S. August. simplex dicitur, quod ex aliis naturalis n̄. ē: simplex enį corpus ē. terra ex ipso, q.d terra ē; adhuc minus propiè dicuntur simplices herbæ, ex quibus efici solent medice artis mixtiones, quæ licet herbæ sint compositæ, et mixtæ, quatenus constant ex pluribus salibus aliisq.e substantiis, quæ esentialit.e diferunt, tamen comparativè ad mixta, quæ ex ipsis fiunt simplices dicuntur.

131. Spiritus creati sunt absolutè compositi, n̄. sicut corpora, quæ naturalit.e disolvi possunt, quia constant ex distinctis substantiis; ð. compositi ex genere, et diferentia; ex esentia, et propietatibus; ex substantia, et accidente; quorų omnių compositione Deus caret. Etiam in illis possunt ēē. mutationes, et alterationes accidentales; Deus ab illis separando sua Divina virtute atributa esentialia, et facultatę volendi, subjecto manente cum intelligendi facultate. Qua Doctrina respondetur illis Philosofis, qui aserunt creatos spiritus destrui n̄. posse, neq.e esentialit.e mutari, quin ad nihilum reducantur. Si enį quilibet creatus spiritus potentia Dei absoluta spoliari potest aliquo atributo esentiali, manentibus reliquis, et subjecto, destrui potest, quin omninò ad nihilų reducatur.

Dicunt ad hanc rationem, manifestą haberi contradictionem; nam in hypotesi spiritus simul maneret, et n̄. maneret; n̄. maneret, quia esentialit.e mutatur, et maneret, quia adhuc esset materia spiritualis, quæ cų sit substantia spiritualis ēēt spiritus. Sed contra: Nulla ē. contradictio, si distinguatur, ut distingui debet substantia spiritualis, actu, et potentia. Materia 1.a spiritualis ē. substantia spiritualis n̄. actu, ð. potentia, scilicet: quatenus ē. idonea, ut recipiat formą, seu vim cogitandi, et spiritus eficiatur; eo modo, quo materia 1.a corporalis n̄. ē. actu extensa, seu corpus; ð. habet tantų capacitatę ad extensionem, ut ex ea corpus efici posit. Spiritus verò ē. substantia spiritualis actu, quia jam habet formam spiritus, sicut corpus ē. substantia corporalis actu, quia jam habet extensionę, quæ ē. præcipua corporis forma, et primarių ejus atributų. Ergo sicut potest substantia aliqua habere capacitatę ad recipiendą formą spiritus, quamvis ea forma actu nequaquam donetur; ita potest aliquid ad spiritų pertinens tanquą subjectų manere, quin spiritus maneat: scilicet: potest manere spiritualis materia, quin sit spiritus.

132. Præter genera compositorų asignata in Ont. lib. 1.o Disp. IV. q. 3.a n.o 100. Compositum etią dividi potest in naturale, et artificiale. Naturale illud dicitur, q.d ex instituto naturæ coalescit; ut homo bellua, Planta. Artificiale verò quod ab arte provenit; ut templų horologių. 2.a Etią dividi solet in esentiale, et accidentale. Esentiale, q.d in Scholis vocatur Compositų per se, illud ē. q.d coalescit ex subjecto

et forma esentiali; ita ut subjectum esentialiter immutetur. Accidentale, seu per accidens ut Scholae dicunt: est quod consurgit ex subjecto, et forma accidentali, subjecto tantum accidentaliter mutante. Compositum naturale esse potest, sive esentiale, sivè accidentale. v.g. Dum materia, ex qua constituitur humanum corpus, forma organica tribuitur, fit compositum naturale esentiale, quia materia mutatur esentialiter. Dum verò jam perfectè corpus formatum per alimenti susceptionem augetur, tunc fit novum compositum naturale, sed accidentale, quia accidentaliter tantum mutatur. Compositum verò artificiale non nisi accidentale esse potest. Nam si ars sola operetur; tantum accidentaliter potest mutare materiam, et formam tantum accidentalem in illam potest inducere; ut cum tabula pingitur formatur simulacrum, fabricatur Domus, et horologium elaboratur.

Dixi: Si ars sola operetur; Nam si cum arte simul natura operetur, ab Arte saltem occasionaliter compositum esentiale fieri potest: v.g. cum Agricola semina terrae commendat, aqua rigat, et hinc herbae et plantae gignuntur; cum è lapide fit vitrum, è lacte caseus &a. In his, et similibus productionibus ars aplicat activa pasivis, et agentia naturalia, maximè calor, et ignis, sunt, quae praecipuè influunt in novi compositi eformationem.

133. A nonnullis dubitari solet; ad quod compositi genus referendi sunt creati spiritus, qui simplices tantum secundum quid, et absolute compositi, dicuntur. Ad quod respondetur, quod si creati spiritus considerentur, ut quid coalescens ex materia spirituali, et suis specificis formis referendi sunt ad compositum esentiale, et per se; quod compositum Methafisicum, et naturale dici potest, quatenus haec compositio est à Deo, ut authore naturae; non verò potest dici naturale, si nomine compositi naturalis intelligatur, quod viribus naturae efici potest. Potest etiam creatus spiritus appellari compositum per accidens, si accipiatur spiritus in sua specie completus unà simul cum cognitionibus, pasionibus, habitibus sivè acquisitis, sivè infusis, caeterisque accidentibus. Nam haec omnia sunt spiritui accidentalia. Quibus supositis sit

Conclusio I.

Dato ente composito, necesariò admitendum est in eo aliquod ens simplex.

134 Prob. Compositum nequit coalescere nisi ex simplicibus; ergo. Prob. ant. In nullo genere causarum admiti potest procesus in infinitum; sed si compositum non coalesceret ex simplicibus sequeretur procesus in infinitum in serie causarum materialium; ergo. Prob. min. Ea ex quibus conflatur compositum, vel sunt simplicia, vel composita; si simplicia sunt; ergo habetur intentum conclusionis: Si composita iterum quaeritur ex quibus talia composita resultent, et sic inquirendo progredietur, donec ad elementa simplicia deveniatur; Quare inquiro

Doct. loco superius cit.;; Necesse ēē. de ñ. composito, ut parte,,, ,, fieri compositum.;; Ergo ex simplicibus semper componitur.

135. Hoc jam stabilito ante directā quæsiti resolutionē notare oportet, plures ētiā Scotistas Magistro suo imposuisse, ab eo fuisse assertā distinctionē realem inter compositū, seu totum, et omnes illius partes simul conjunctas; adeo ut homo vg. sit tertia quædā substantia realiter distincta ab anima, et corpore simul unitis; quæ tertia substantia in morte hominis intereat. Quod quidem ab iis factū ñ. fuisset, si memoria recoluissent regulā ab ipso Doct. traditā q. 7ª Quodl. ubi dicit:;; Nulli authori imponenda ē. sententia falsa falsa, l. ,, ,, multū absurda nisi habeatur expressè ex dictis ejus, l. sequatur ēvi- ,, ,, dent. ex dictis ejus.;; Quare nunc Doctoris genuina mens ē. aperienda.

Conclusio II.

Doct. Subt. minimè docuit totum, sivè compositum ēē. tertiam substantiā realit. distinctam à suis partibus simul sumptis, et unitis.

136. Prob. 1º ex Doct. in lib. 1º Phis. q. 9ª dicente:;; Totū ē. suæ partes, itaq. ,, omnes partes simul sumptæ sunt ipsum totū.,, Ergo hæc prob. ē. omninò similis illi, quā statuit Baumeisterus Ontolog. § 147.;; Totū ē. idem cum ,, ,, omnibus partibus simul sumptis, et omnes partes simul sumptæ ss. idem cū ,, ,, toto.,, Quā conclusionē pluribus demonstrat Doctoris probationibus solvitq.e omnia, quæ in contrariū afferri possunt argum.ta

137. Prob. 2º ex eodem Doct. cit. in loco, ubi inter alia hoc modo ratiocinatur:;; Si totū sit aliud à suis partibus simul sumptis, sint A et B. ,, ,, partes alicujus totius, et C illud totū, q.d tu dicis distinctū; tunc quæro, ,, ,, utrum compositū ex A. B. et C. sit unū totū, l. ñ. Si ñ, tunc sequitur, q. ,, ,, Socrates ñ. esset una res, imo nec aliqua res Mundi, q. ē. falsū. Si di- ,, ,, catur, q.d sic, tunc, l. sunt unū totū se ipsis, l. per aliud totū distinctū: ,, ,, si se ipsis, igitur eadem ratione A, et B, erant unū totū sic indistinctū; ,, ,, si per totū distinctū sit illud, D, et quæratur de composito ex illis qu- ,, ,, atuor sicut prius, et fiet processus in infinitum.;; Ergo ex Doct.

¶ Fateor, Doctorem videri aliter sensisse in 3º Sent. dist. 2ª q. 2ª. Sed ibi incidenter tantum loquitur, idq.e unum tantum intendit manifestare contra Aristotelis Commentatorem præter animam, et corpus eorumq.e unionem adesse in homine aliā quamdā entitatem absolutam ex anima, et corpore simul conjunctis dimanantem; secus, ut ipse ait, compositū per se ñ. distingueretur à composito per aggregationem; ne unio substantialis præcelleret alteri cuilibet unioni. Quod ē. contra ipsum Doctorem dicentem, hominis compositum differre essentialit. ab una Summa, seu à puro aggregato. Id circò ipse Doct. qui omnes activas vires, omniaq.e rerum creatarū attributa formarum nomine designat, apellat hanc entitatem veluti formam;; non quidem formam informantē, s. formam, ,, ,, quâ compositū ē. ens quidditativè.,, ut inquit Doct. Cæterū ex hoc minimè distinctio à partibus infertur.

138. Objectiones, quæ in hac materia occurrunt, ipse Doct. proponit, et solvit ita:;; Totum componitur ex partibus divisim sumptis, s. totum ñ. ē. partes ,,

,, divisim sumptę, d. conjunctim sumptę, q. : : : partes divisim sumptę sunt priores, ,,
,, et causę totius, d. conjunctim n.; imò sunt ipsum totum. Et cum dicitur ,,
,, partes sunt minores, conc. q. partes divisim sumptę sunt minores sed ,,
,, conjunctim sumptę sunt idem quod totum. Ad aliq. totum ē. notius, conc. ,,
,, quod totum ē. notius secundū sensū, quā suę partes divisim sumptę, d. suę par- ,,
,, tes conjunctę sumptę n. ęquè notę sicut, et totum. Ad illq. totum per se mo- ,,
,, vetur, conc, et ità sequitur, partes conjunctim sumptę per se moventur, d. ,,
,, divisim sumptę non; imò moventur ad motum totius. Ad aliq. partes n. ,,
,, priores, dico, q. verum ē. de partibus divisim sumptis, quia sunt priores via ,,
,, generationis, d. partes conjunctim sumptę, non &c. ,, Quibus respondere potest
ad quęcumque objiciant, mensq. Doct. declaratur, ita ut nemo nisi coecus
suspicari posit distinctionem ā partibus asseruisse.

§39. Objiciunt aliqui citantes Doct.m 1.o Doct.a asserit: ;; Christus verè, quando fuit
mortuus aliquā entitatem n. habuit quā habuit vivus. ;; Ergo &c.a Resp. neg.
conseq.m Adhuc enim cū ntro aserto stat veritas Doct.s Nā in Christo mor-
tuo n. aderat proximum principiū sentiendi, neq.e corporis vegetatio, neq.e
alię propiedates, quę ex anima simul, et corpore, velluti ab uno tantum
principio in homine prodeunt; quę tamen ultra nudā unionē partiū
aderant in Christo vivo.

§40. Objiciunt 2.o Doct. asserit Verbū Divinū n. asumpsise 1.o et immedia-
tē partes humanitatis Christi, d. illius totā humanitatē in suo ēē.
completā; q. n. sunt idem partes, ac humanitas tota completa, q. dis-
tinguuntur. Resp. neg. utramq.e conseq.m Dictum enī Doct.s intelligendū
ē. Verbū n. asumpsise 1.o et immediatè partes nudas ejusdem humanita-
tis, d. easdem partes ad modum unius cum his omnibus atributis, ac
propietatibus, quę ex illis conjunctis profluunt.

¶ Ex hac vera Doctrinę Scoticę
interpretatione, n. obstat neq.e effatum illud Symboli, q. D. Athanasii
dicitur: ;; Sicut anima rationalis, et caro unus ē. homo, ita Deus, et ho- ,,
,, mo unus ē. Christus. ,, Neq.e alterū S. Dionisii de Coelesti Hierarchia cap.
4.o ;; Mors in nobis n. ē. substantię consumptio, d. unitorū separatio. ,,
Neq.e illud Damasceni: ;; Quod semel Deus asumpsit, nunquā dimisit. ;; Non
obstat dico; quia licet, ut dictū ē. homo n. sit agregatū unitorū, d. com-
plectatur aliquid ex partibus unitis dimanans, hoc tamen n. ē. subs-
tantia ā partibus unitis dimanans, ut quid realit. distinctū; d. tantum
formalit. ex natura rei, quo ipsa natura completur. Vndè verum ad-
huc ē. quod habet Dionisius, nullā substantiā in morte consumi; verum
etiam, animam rationalem, et hominem ēē unum, ut dicitur in Sym-
bolo; ac deniq.e verum etiam, nunquā ā Divino Verbo dimissū fuisse id,
q. ab eo semel fuit asumptū, ut inquit Damascenus. Etenī in homine
juxta explicatā Doct. sententiā, pręter animam, et corpus, nulla alia
adest substantia, quę in separatione animę ā corpore consumi debeat,
aut dimiti ā Verbo potuerit.

§41 Objiciunt. Auctores textū Substantię Patroni dicentes: Doct.m Subt. in 1.o
Phisic. q. 9.a asserere realem identitatem inter totū, et partes simul sump-
tas, coeterū hanc n. ēē. mutuā; hoc ē: totum n. distinguū ā partibus si-
mul sumptis distinguit partes simul sumptas ā toto; q. Resp. neg.
ant. Non enim intelligi potest quomodo partes distinguantur ā
toto, totū q.e ab illis n. distinguatur. Nā si juxta illos partes simul
aceptę sunt causę totius, etiā totum erit efectus ipsarū; q. Si-

totū n. distinguitur ā partibus realit; nec partes ā toto; licet enim divisivè sumptę possint n. ēē totū; n. autem simul sumptę; ut merito inquit Doct. cit. in loco: „ Totū ē. suę partes, ita, q. omnes partes simul„ „sumptę sunt ipsum totum.„ Quis n. videt clarius luce meridiana omnem realem distinctionem inter totum, et suas partes simul sumptas ā Doct. excludi?

Quęstio II.

An possibilia sint entia infinitè entitatis?

142. Sive finitū, sivè infinitum accipi queunt positivè, et negativè. Finitum positivè accipitur vulgò pro re jam finita, seu in suo genere completa, ita ut nihil eorū desit, quę illi debentur, ut sit tale ens; sic ē. quodlibet opus fabrefactum, cui Artifex ultimā manum imponit. Infinitum verò negativè idem ē. ac nondum finitum, seu in suo genere adhuc n. completum, ā. aliquid deest eorū, quę ad illius perfectionē requiruntur; ut ē. idem opus fabrefactum duntaxat inceptum. Hęc autem vulgaris acceptio apud Philosofos n. ē. in usu. Sensu enī Philosofico notio infiniti positiva est, finiti verò negativa. Infinitum itaq. positivè acceptū idem sonat; ac ens carens fine, seu limite; ut ē Deus. Finitū ē contra ē. quod finem, seu limitem habet; finis, seu limes, ē. negatio ulterioris realitatis, aut virtutis, aut perfectionis. Quarè Doct. in 1º Sent. dist. 2ª q. 2ª ens finitum vocat, quod perfectius ēē potest, q. ē. mutabile, et contingens. Infinitum verò ab ipso Doct. describitur l. 3º Phisic. q. 1ª „ Infinitum ē. illud, q. finitum quodlibet excedit sine proportione.„ Adeò ut finiti quamvis maximi ad infinitum, ut asserit Doct. in 4º Sent. dist. 49 q. 11. „ Nulla sit proportio geometrica,„ „ quia finitum quotiescumq. sumptum nunquam reddit infinitum.„ Infinitum semper infinitè distat ā qualibet re finita. Hanc juxta Doctorem in 1º sent. dist. 2ª q. 2ª „ Deus distat in infinitum ā creatura, etiam su„ „prema possibili, si qua daretur.„

143. Infinitū dividitur ab Scholasticis in cathegorematicū, seu infinitum actu, et sincathegorematicū, seu in potentia. Infinitū actu illud apellant, quod secundum ea, quę actu habet, caret fine, nec magis perfici, aut augeri potest. Infinitumq. in potentia, illud, quo actu caret fine, ā. potest perfici, aut augeri magis usque in infinitum. Sic Divina substantia, omnesq. ejus perfectiones sunt actu infinitę.* Contrà: omnes substantię creatę, omnesq. earū proprietates sunt infinitę in potentia, quia cū ut potè finitę careant semper aliquo possibili gradu, magis, ac magis perfici possunt in infinitum. Vg. num. creaturarū possibiliū dicitur infinitiès infinitum, quia sunt possibiles infinitè num. diversę entium species; et in qualibet specie possibilia sunt infinita numero individua. Iste tamen numerus n. ē. infinitus actu, ā. tantum in potentia, quia quocumq. dato creaturarū num. pręter illud numerū adhuc alię et alię in infinitū creaturę sunt possibiles.

144 Infinitū dividitur in Mathematicū, et Methaf. utrumq. ē. infinitū actu; ā. Mathematicū ē. infinitū actu duntaxat

* hocq. vocatur infinitum intensivè, absolutè, simpliciter, a per essentiam.

ideale, Methaficus vero infinitus actu reale. Infinitus Mathematicus seu ideale occasione sumpsit ex infinito in potentia, ex eo, q. Geometrae, et Arithmetici concipiunt lineam, l. numerum, augeri posse in infinitum. Quare infinitum Mathematicum iterum dividunt in infinite magnum, scilicet, q. augeri magis n. posse concipiunt; et infinite parvum, illud nempe, quod minui nequit similiter concipiunt. Quibus suppositis, sit

Conclusio I.

Ex entibus finitis, licet numero infinitis, infinitum fieri nequit.

145. Prob. Ponantur v.g. corpora extensione finita, et num.° infinita; si invicem conjungerentur corpus infinitum n. constituerent, d. idem debet dici de caeteris entibus; q. Prob. seq.ª Facies externa additorum corporum usq.e in infinitum, semper terminata esset; q. Praeterea ut habet Doct. super Phisicam Arist. textu 40. „De ratione corporis ē. quod sit figuratum, scilicet clausum termino, l. tris; q. nullum corpus ē. infinitum." Unde finitum per additione finiti nulla ratione fieri potest infinitum, etiā si finita simul addita essent num.° infinita.

146. Hinc colligitur 1.° Infinitum partibus constare n. posse. Nam istae partes sunt secundum se finitae, l. infinitae. Non finitae, quia ut dicitur in Conclusione ex finitis, licet num.° infinitis, infinitum fieri nequit. Si autē infinitae sunt, jam partes n. sunt partes, d. totum; l. sane totum n. erit majus sua parte, contra vulgatum axioma. Quare optime ait Doct. - Comentat. Methaf. lib 11. „Secundum rei veritatem habere partes repugnat infinito." Quod similiter valet de variis entitatis gradibus.

147. Colligitur 2.° Infinitum nulla ratione augeri posse, nec minui. Non augeri, Nam juxta omnes, infinito nulla perfectio deest. Non minui, nam tantum minui potest, q. ē. divisibile, l. secundum partes, l. secundum variorum entitatis gradus; cum diminutio fieri nequeat, nisi aut separatione entitatis, aut alicujus gradus subtractione. Infinitum vero ē. omnino, et absolute simplex, adeo, ut neq.e partes, neq.e varii entitatis gradus in illo habeantur.

148 Colligitur 3º Infinitum esse omnino immutabile, nihilque in eo contingens esse posse. Cum enim entitas, nec augeri, nec minui ulla ratione potest, neque ullis continetur gradibus; ita ut totum simul necessario semper esse debeat. Quare inquit Doct. in 1º Sent. dist. 10. q. Unic. : „Infinito non repugnat necessitas, imo convenit necessario sibi, quia nullum infinitum potest esse possibile, non necessarium."

149 Colligitur 4º Neque secundum numerum, neque secundum magnitudinem, seu extensionem ullum posset esse infinitum. Nam sive quilibet magnitudo, sive quilibet numerus constat ex partibus, illa continuis, iste diversis unitatibus. Tam quod pugnat extensionem infinite magnam haberi posse, quam numerum infinite magnum, quibus, aut nulla pars, aut unitas addi ulterius possit. Idcirco inquit Doct. in 3º Sent. dist. 13. q. 4ª „Possibile est innumeris procedere in infinitum, nullus tamen ~~aut~~ numerus est actu infinitus."

150. Colligitur 5º Nulla qualitate ita augeri posse, ut evadat infinita. Cum enim omnis qualitas gradibus distinguantur, quorum accessione augetur, et substractione minuitur, si infinita illa evadere posset, id fieret per additionem infinitorum numero graduum. Quod ut dictum est nequit esse, nam ex variis entitatis gradibus et si numero infinitis, infinita entitas nequit exsurgere.

Quaeritur etiam an illa qualitas postquam suponitur infinita aliquo gradu minui possit, vel non? Ad quod dicitur, quod minui potest, eo modo, quo fuit aucta. Sed tunc infinita adhuc maneret, vel infinita evaderet. Infinita manere nequit, quia gradu uno ablato, non haberet omnem possibilem entitatis gradum, sicut requiritur ut esset infinita. Nec etiam finita, quia sicut finitum per additionem finiti non fit infinitum; ita infinitum per substractionem finiti nequit fieri finitum.

151. Colligitur Denique Infinitum consurgere non posse ex finito, et infinito tanquam partibus. Nam repugnat infinito componi ex partibus, sicut habere notionem partis, quia infinitum omnem complectatur entitatem, quae augeri non potest; ratio autem partis postulat, ut augeri possit. Propterea Divinum Verbum Christi humanitati hypostatice unitum, non habet rationem neque formae, neque partis, sed tantum ratio dignificantis, ac elevantis naturam humanam ad esse Divinum per communicationem idiomatum.

Conclusio II.

Plura entia, quae singula sunt infinitae entitatis minime sunt possibilia.

152. Prob. Quod est infinitae entitatis omnem continet entitatem, aut per entitatem idem, aut per eminentiam, sed si plura essent entia infinitae entitatis eorum neutrum

contineret entitatem alterius, neque per identitatem, neque per eminentiam; ergo Min. prob. Non per identitatem, quia si per identitatem alterius per identitatem contineret, nam non plura infinita, sed unum tantum infinitum esset; ergo Non similiter per eminentiam, quia in ente perfectiori perfectio alterius eminenter continetur; ergo illa plura non essent equè perfecta; ergo neque infinita.

Confirmatur ratione adducta à Clar. Genuensi part. 1a Methaf. pone 2a "Si essent plura entia infinitè entitatis necesse est, ut diferant, aut specie, aut numero. Si autem diferunt sunt diversè terminata, si sunt diversè terminata non infinitè entitatis; ergo plura entia infinitè entitatis repugnant; ergo non sunt posibilia."

Corollarium.

153. Ex dictis satis infertur, nullam quantitatem infinitè parvam esse posibilem. Nam ea ratione, quam numerus infinitum augeri potest, quin unquam ad maximum seu definitè magnum deveniatur eadem ipsa quælibet magnitudo, seu quantitas minui potest in infinitum, quin ad minimam, scilicet infinitè parvam, ea unquam reducatur.

Apendix.

In quo nonnulla de ente permanente, et sucesivo brebiter exponuntur.

154 Ens permanens illud apellatur, quod totum simul est. Unde omne ens sive indivisibile, sive divisibile, cujus partes simul existunt, sunt entia permanentia. Ens autem sucesivum dicitur, quod totum nunquam est simul, imo ejus partes sunt in continuo fluxu; ac non nisi una parte intereunte sucedit altera. Doct. Sub. in lib. 3o Phis. q. 6a triplex genus entis permanentis distinguit. 1mum est quod secundum se totum manet perpetuo idem adeò ut nullomodo immutetur; ut Deus. 2m quod manet idem secundum omnem sui substantiam, sed in eo est aliqua

sucesio dispositionis, seu modificationis; ut omnes substantiæ simplices. 3.^m vero quod manet idem secundum aliquas sui partes; secundum alias vero sucesivè variatur: imo, ut ipse ait: „Aliquæ adveniunt, et aliquæ recedunt; et ista „sunt, quodadmodo sucesiva, sicut sunt corpora naturalia, „quæ sunt in continua sucesione„ Similiter ibi quoque asignat duplex genus entis sucesivi; unum, cujus pars quælibet secundum se est permanentis naturæ, atamen nulla manet per tempus notabile ob defectum causæ conservantis; atque in exemplum afert lumen à lucido corpore jugiter émanans, quod continuè mutatur, ac semper alius, et alius est illius radius, et ideò continuè est aliud, et aliud lumen„ Magis propriè ens sucesivum dicit, esse naturam, ut: „Sibi repugnet, quod aliqua pars ejus maneat per tempus: ut multi imaginantur de motu, et tempore, qui ponunt, quod motus est fluxus distinctus à mobili„;

155. Ens permanens per omnium omnium entium vagatur genera quare sufficiat jam dictum. De sucesivo vero, scilicet de motu, et tempore erit sermo. Motus itaque generalisimè consideratus accipi solet pro quacumque status mutatione, atque hoc sensu definitur in Scholis: transitus rei de non esse ad esse, vel contra. Quare præter motum localem, qui solus notione motus vulgò intelligitur alios asignant Scholastici, nempe: motus generationis, aut corruptionis; motus augmenti, vel decrementi; motus alterationis, ac demum motus creationis, et anichilationis. Motum creationis vocant transitum de non esse simpliciter, ad esse simpliciter; contra: Anichilationis transitum de esse ad non esse simpliciter: Res enim, quæ creatur, antequam creetur, nihil omninò est et cum anichilatur, ad nihilum omnino reducitur. Reliquos autem motus dicunt: transitum de non esse ad esse secundum quid, vel ab esse ad non esse secundum quid. Nam res per tales motus non acquirit, vel amittit omne, sed tantum aliquid quatenus non omninò producitur, aut destruitur illius esse.

156. Motus generationis, aut corruptionis communiter vocatur motus ad substantiam. Motus augmenti, aut decrementi motus ad quantitatem; motus alterationis, motus ad qualitatem, motus tandem localis motus ad ubi. Nam dum res generatur, aut corrumpitur mutatur substantialiter. Dum augetur, aut minuitur

